et nō ad eē forme. Et p āpliori intellectu hui⁹ positōis adducit Alber
tus vnū simile dicens ꝙ sicut est de genere ⁊ differentijs respectu specie-
rum ↄstituendaꝝ sub genere ita est de materia et formis naturalib⁊ re-
spectu rerum generandarum, modo sic est ꝙ genus est forma generalis.
et non determinata ad aliquod esse specificum. sed determinatur per di-
fferentiā sibi aduenientem quā in confusione sue potestatis continet.

Et licet alia ſit natura generis ſm id qd genus ſupponit et alia natura
dr̃ne ſm id qd ſupponit drã.tñ in eius poteſtate habituali et ꝯfuſa ꝯtinet
oẽs drãs. Inde eſt ꝙ drẽ nate ſunt fieri circa idẽ ſubiectũ cõe q̇d eſt natu
ra generis et vniunť in habitu ꝯfuſo ipius ſubiecti. Et ſe expellunt ſm
actũ diſtinctũ. Nã ꝑ hoc ꝙ vna ineſt actualr̃ alia expelliť ſm eſſe actuale
iõ dt phs i decimo methaphyſice ꝙ drẽ ſubales ſunt ꝯtrarie Et ꝓportio
nabilr̃ eſt in materia et formis naturalibꝫ et nõ eſt drã vt ſic.niſi qꝛ mate
ria nõ eſt forma generalis ſicut genus.ſed eſt ſubiectũ p̄mum formaꝝ
in quo eſt quedã habitualis poteſtas ꝯfuſa qua ꝯtinet oẽs formas na-
turales et hic habitus ꝯfuſus ſi capiať in ſua p̄ma potẽtia accipiť ꝑ mo-
dum generis remoti.qꝛ oẽs formas hoc mõ indiſtincte ꝯtinet.ſicut na-
tura generis generaliſſimi ꝯtinet indiſtincte in ſua poteſtate oẽs drñas
eiuſdẽ generis et ſꝑ iſte habitus ꝯfuſus ꝑ diſpoſitõem agentium natu-
raliũ forme vicinior efficiť ꝑ quas diſpoſitões materia diſponitur ad
hanc formã ⁊ nõ ad illã.ſicut ꝑ diuiſionẽ generis natura generis deter-
minatur ad vnã ſpẽm ⁊ nõ ad aliã.⁊ iõ licet in habitu ꝯfuſo materie ſi-
cut in genere remoto ꝯtinenť oẽs forme.tñ ꝓprie illa forma dr̃ eſſe incho
ata in illo habitu ꝯfuſo q̄ ꝑ virtutẽ illius agentis naturalis ex illo educi
tur.⁊ iõ ꝓprie dicimus formã azini inchoari in ſemine azini.⁊ hmõi habi
tus ꝯfuſus eſſentialr̃ diſtinguiť a natura materie.diſtinguiť etiam a for
mis put ſunt in termino generatõnis.nõ quidẽ ꝑ eſſentiã ſed ꝑ eſſe. q̇a
in hmõi habitu ꝯfuſo forme ſunt ſm eſſe ꝯfuſum.ſed in termino genera
tionis q̇libet forma hꝫ eſſe diſtinctũ ab alia.⁊ hmõi habitus ꝯfuſus eſt
ꝯcreatus materie prime a prima cã.nec ꝑ aliq̇d naturale agẽs attingi pt
ſed forma ſm ꝙ ꝯſtituit eſſe indeterminata ſpecie nõ eſt ꝑ creatõnem ſed
ꝑ generatõem.qꝛ educiť ꝑ virtutẽ agẽtis naturalis de hmõi p̄ncipio in-
choatiuo tanq̄ de quodã principio potentiali ad actũ ꝑfectũ. Iſtis no-
tatis ſeq̇tur ꝯcluſio ſm albertũ. Concluſio Forma ſubalis añ gene-
ratõem rei cuius eſt forma eſt in materia ſm eſſe formale formabile. Sꝫ
nõ ſm eſſe diſtinctũ et determinatũ in natura et ſpecie. Primũ probant
ratões añ oppoſitum. Scdm ꝓbant rões adducte poſt oppoſitũ. Et
ſm ipm ſoluende ſunt rões ſancti thome. Ad quaꝝ p̄mam dicitur ꝙ
indiuiſibile vbi eſt totũ eſt ſed nõ totaliter.et ideo dictũ eſt ꝙ forma ẽ to
ta ab intra et tota ab extra.ſed nõ totaliter.et ꝑ hoc facile ſoluunť incon-
uenientia. Ad ſcdam dicitur ꝙ intenſio et remiſſio ſunt accidẽtia for
me iam diſtincte et determinate in natura et ſpecie.modo añ generatõeꝫ
rei forma exiſtens in materia nondũ eſt determinata ad aliquã ſpẽm Di
citur vltra ꝙ generatio ſubſtãtialis eſt mixta cũ alteratõne.cuius ratõe
accipit ſucceſſionem. Et ſi ſuſcipiat magis ⁊ minus hoc eſt ſm qualita-
tes diſponẽtes materiã ad formã ſpecificã.⁊ nõ ſm eſſe ſubſtantiale Sꝫ
ad videndũ de opinione ſancti thome.ſciendũ ꝙ ipſe in tractatu de ma-
teria p̄ma et de dimenſionibꝫ interminatis dt ꝙ forma triplr̃ inueniť in
materia ſeu in potentia materie añ generatõnem. Uno modo in potẽtia
remota ſm quam potentiã nihil eſt de forma nec de diſpoſitõe ad formaꝫ
in materia.ſed ſolum in potentia paſſiua Et ducitur per agens natura-
le ad terminum et hoc modo forma ignis diceret eſſe in potentia in ma-

teria aque omino inalterate et indisposite ad formā ignis. Scdo modo
repitur forma esse in potentia in materia nō sic remota sed iam quodam
modo disposita ad formā ꝑ qualitates ipsi forme cō naturales absq; hoc
tamen ꝙ aliquid essentie ipsius forme sit in materia absq; hoc etiam ꝙ
in materia sit aliqua vis actiua educens talem formam de potentia ma
terie ad actum. et hoc modo forma est in materia non actiue ⁊ formaliter
sed in potentia passiua eius. et est ista potentia propinquior actui ꝙ pri
ma. quia iam est disposita ad formam. et hoc modo forma ignis est in po
tentia aque iam alterate per aliquod agens extrinsecum ad formā ignis
Tercio dicitur esse in potentia forma in materia non solum passiua. sed
etiā actiua. ⁊ hoc modo forme sunt in potentia in seminib⁹ vt forma oli-
ue. est in semine oliue et forma azini est in semine azini nō ꝙ in huiusmo-
di seminib⁹ sit formaliter et essentialiter forma. sz solū passiue et effectiue.
pro quanto in talibus seminibus est materia forme receptiua et etiaz vis
formatiua ab agente impressa que per virtutem generantis quam gerit
habet vim educendi formam de potentia materie et deponendi materiā
ad talem formam. Et ſm hunc doctorem nō nisi triplici modo forma di
citur esse in potētia in materia an̄ generatōem rei cui⁹ est forma. et nullo
illorum modorum aliquid essentie ipsius forme est in materia. Sec⁹ au
tem est de formis accidentalibus que fluunt in motu ante terminuz mo
tus ¶ Conclusio prima. Forme naturales ante generatōnem non
sunt in materia totaliter ab intra. ptz. quia si sic sequeretur ꝙ agentia na
turalia nō facerēt nisi remouendo contrarias dispositōnes. Et ꝙ quod
libet esset in quolibet. Et ꝙ nihil fieret simpliciter. Et ꝙ generatio sub-
stantialis esset alteratio. Conclusio scda. Forme naturales non sunt
omino ab extra scz a datore formaꝝ. quia ille attingeret essentiam forme
et nō esse compositi quod cum nec attingatur ab agente naturali seque-
retur ꝙ cōpositum nō fieret per se. Ex quibus conclusionibus sequitur
ꝙ sunt partim ab intra et partim ab extra. Conclusio tercia. Forma
substantialis ante generatōnem rei cuius est forma non preexistit in ma
teria ſm esse formale formabile. quia de ratōne forme substantialis ē da
re esse simpliciter et per consequens quicquid postea veniret esset acci-
dens. Item esse substantiale est primum et perfectissimū. ergo oportz ꝙ
sit vnum et indiuisibile. et per consequens non potest recipere variatōez
penes confusum et distinctum alias non esset simplicissimū. Item ad
hoc ponit Albertus inchoatōnem forme in materia vt generatio rei na
turalis sit a principio intrinseco cooperante agente extrinseco etiam ac-
tiue ad dispositōnem materie ad formam. Sed si ponatur forma preex
in materia eo mō quo ipe ponit impossibile est ipam actiue concurrere
ad generatōnem rei cuius est forma. ergo causa propter quam ponit vi-
detur esse nulla. minor probatur dupliciter. pmo. quia nihil agit nisi ſm
ꝙ est in actu modo forma ſm tale esse nō est in actu cum tale esse sit soluz
potētiale et aptitudinale p̄t etiā ꝯclusio ꝓbari ꝑ rōes factas p⁹ oppoᵐ.

Ad ratōes Post oppositū. Ad pmam. ꝯceditur ꝙ ex q̄-
cunq; nō albo indifferēter nō fit albū sz ex nō

albo actu quod est in potentia ad albū. in potentia quidē iam quodāmō disposita ad ipm album nō ponendo tamen in ipso nō albo aliquid albedinis ꝓpter quod ipm nō album sit in potentia ad album. Ad scḋam dicitur ꝙ cum dicitur formam educi de potentia materie illa locutio est methaphorica ꝛ sumpta ex dictis platonis. nam illud ꝓprie dicitur educi de aliquo qḋ accipitur ab illo ꝛ in alio ponitur. modo sic nō educitur forma de potentia materie sed educitur ſm quandā siītudinē ꝑut illḋ dicit educi de aliquo qḋ nō est in eo eo mō quo prius erat. modo forma erat in ipsa materia in potētia passiua et post generatōem in actu. Ad terciam negatur ꝯña. qꝛ materia est in potentia naturali ad ipam formā et sic forma est ꝑtim ab intra et ꝑtim ab extra. Ad quartā dḋm ꝙ in motu accidentali forma accidentalis fluit de esse īꝑfecto ad ꝑfectum et econuerso. et ſm eam attendit intensio et remissio. Et est in materia ante terminū generatōnis etiam ſm essentiā. Sed forma substantialis que nō acqritur per motū ꝓprie dictū nō est ante terminum mutatōnis in materia ſm essentiam. nec in generatōe substantiali attendit successio nisi ratōne alteratōis preuie. Ad quintam ꝯcedit ꝙ materia mouet ad formam et quodāmodo indiget ea et nata est habere eā. sed illa aptitudo nō est aliquid ipius forme idem ꝑ essentiā cum ipa forma sed ē met ipa natura materie vel aliqua dispositio exñs in materia vl aliqua vis actiua q̄ hꝫ educere vnā formā de potentia materie et nō aliā. Et ꝑ hoc ꝑtꝫ solutio. Ad sextā. qꝛ materia appetit formā vt ꝑficiat ab ea. Ad septimā dḋm ꝙ duplex est siītudo quedā est siītudo formalis fundata scꝫ supra vnitatē forme et appetitus materie nō fundat in tali similitudine. Alia est similitudo fundata in vnitate proportōnis ꝛ appetitus materie fit ratione talis similitudinis. nam potentia substancialis habet proportōnem et analogiam ad formam substantialem que est eius actus. Ad octauam dicitur ꝙ non est omnimoda similitudo inter matrem et materiam. nam manifestum est ꝙ mater est principium extrinsecum. Dicitur vlterius ꝙ mater in generatōne ministrat materiam ex qua fit generatio per virtutem patris et ita mater non concurrit actiue ad generatōnem. Et sicut materia incipit fructum et preest fructui sic materia etiam se habet ad formam. Ad nonam dicenduꝫ ꝙ turpe appetit bonum propter aptitudinem quam habet ad ipsum bonum. non quia in turpi sit forma bonitatis. Et proportionabiliter femina appetit masculum et materia formam. Ad vltimam patet solutio ex dictis. nam ex semine azini generatur azinus ꝛ non aliud. nō quia in tali semine est forma azini essentialiter vel per essentiam. sed quia in tali semine est vis formatiua azini que est qualitas de secunda specie qualitatis. scilicet naturalis potentia actiua in se gerens virtutem forme azini generantis vi cuius potest educere formam azini et non aliam.

Queritur Vtrū in materia generabiliū ꝛ corruptibiliū añ oēm formā substantialē sint ponende dimensiōes

nes interminate ipi materie coeterne. Et videt ꝙ sic pluribꝫ ratõnibꝫ Auerrois Quaꝝ pͥma est. qꝛ forme materiales diuidunt ꝑ subiectũ qꝺ est materia. ergo oportꝫ subiectũ haꝝ formaꝝ esse diuisibile. sed materia nõ est diuisibilis nisi ꝑ quãtitatẽ. ergo añ receptõem formaꝝ substantialium in materia ponende sunt dimẽsiones interminate. Scꝺo sic. Nulla forma expellitur a materia nisi ratõne ꝯtrarietatis sed dimẽsiones interminate nulli ꝯtrariant sꝫ cões sunt omibus formis q̃ recipiunt in materia. ergo dimẽsiones interminate nunq̃ꝫ expellunt a materia. Tercio sic. Si dimẽsiones interminate nõ p̄cederent quãlibet formã subalios seq̄retur ꝙ corpus fieret ex nõ corpe ꝛ dimensio ex nõ dimensione consequens est falsum. qꝛ oĩs motus vel mutatio est in ente quanto vt habet sexto huius. Quarto sic. nisi sic seq̄retur ꝙ nõ esset multitudo indiuiduoꝝ sub vna specie. qꝛ forma adueniret materie indiuisibili ꝛ nõ ptibili. ꝛ sic totã ipam actuaret. Deinde arguit Ratõnibꝫ quorundam sequentiũ auerroym. qꝛ si in materia nõ essent dimensiões interminate ab ea sepabiles sequeret ꝙ augmẽtatio nõ esset possibilis. ptꝫ ꝯña: qꝛ in augmentatõne solũ adueniret materia. sꝫ materia ẜm se ẽ indiuisibilis Indiuisibile aũt additũ indiuisibili nõ reddit ipm maius. ergo materia adueniẽs rei augende ipam nõ augeret. iõ dꝛ pͥmo de generatõe ꝙ augmẽtatio nõ fit nisi adueniente aliquo corporeo. Scꝺo sic. Necesse est ponere eandẽ quantitatẽ in genito q̃ fuit in corrupto ꝛ nõ terminatã. ergo interminatã. Añs ptꝫ qꝛ cũ ex aere fit ignis forma ignis subito inducit sed in pͥmo instanti esse ignis materia ignis. est sub tota quantitate ignis ergo si nõ p̄fuit quantitas seq̄tur ꝙ fiet in instanti extensio quantitatia sed extensio fit ꝑ motũ localẽ. ergo motus localis erit in instanti qꝺ ẽ impossibile. Tercio sic. Potentia et actus diuidunt ens ꝛ qꝺlibet genus entis. ergo in quolibet genere est ꝓpͥũ potentiale receptiuũ actuuꝫ illius generis sed ꝓpͥũ potentiale receptiuũ actualis quantitatis nõ est aliud q̃ꝫ dimensio interminata. ergo dimensio interminata est ponenda.

Quarto sic. In quolibet genere est vna prima ꝯtrarietas. sed diuerse ꝯtrarietates diuersoꝝ generꝝ req̄rũt diuersa ꝓpͥa receptiua. ergo preter subiectũ qꝺ est cõe oĩbus generibꝫ ponendũ est in quolibet genere ꝓprium receptiuum. sed ꝓpͥũ receptiuũ quãtitatis nõ est aliud q̃ꝫ dimensio interminata. igitur ꝛc. In ꝯtrariũ arguit. qꝛ tales dimensiones oẽnt accidẽtia. ergo si ponerent in materia añ oẽm formã substantialẽ sequeretur pͥmo ꝙ forma substãtialis nõ essꝫ pͥmus actus materie. Scꝺo seq̄retur ꝙ forma substantialis adueniret enti in actu Tercio ꝙ cõpositio secunda p̄cederet pͥmã. Quarto ꝙ forma substantialis vniret materie ꝑ accidens. Pro responsione. Sciendũ Qꝫ quidã posuerunt quãtitatem inesse toti cõposito p̄cise ratõne materie. Occasionẽ sumentes ex sufficientia p̄dicamẽtoꝝ in qua dꝛ ꝙ quãtitas orit ex ꝑte materie Alia fuit opinio Auerrois in libro de substãtia orbis. Qui distiguit duplicẽ q̃ꝫtitatem seu dimẽsionẽ. Quedã em̃ est indeterminata ad certã magnitudinem et figurã q̃ coeterna est materie et p̄cedit oẽm formã substantiase in materia. Alia est dimensio determiñata ad certã magnitudinẽ et figurã et talis seq̄t formã specificã. iõ ẜm diuersas formas specificas reperiun-

tur diuerse quãtitates et figure q̃ sunt vnius spẽi sunt vnius figure ⁊ ac-
cedunt ad eandẽ quantitatẽ. Alia fuit opinio Auicenne ponentis quã-
titatem indeterminatã ↄ̃sequi formam corporeitatis in materia ita ꝙ ad
illam formã sequit̃ aptitudo ad actualẽ trinam dimensionẽ. Sed actual'
trina dimensio determinata ad spẽm seq̃tur formã specificã. Et deter-
minata ad esse ꝑticulare sequitur esse cõpletum indiuidui. Et hanc for-
mam corporeitatis ponit cõmunem om̃ibus generabilib⁹ et corruptibi-
libus et distinctã a formis specificis. ita ꝙ ẜm eius positõem. Cũ ex ae-
re fit aqua et econtra manet eadem corporeitas ẜm essentiam licet variet̃
ẜm esse. q̃z aliud esse hꝫ sub forma aeris et aliud sub forma aque. Et in
hac positõne eum inseq̃tur Albert⁹. Pro qua sic argui p̃t p̃mo. Quia
aĩa est actus corꝑis organici physici. Sed corpus de genere substantie
nõ est corpus nisi ꝑ aliquã formam substantialẽ q̃ nõ est nisi corporeitas
ergo in aĩatis p̃ter formã specificã que est aĩa ponenda est forma corpo-
reitatis a forma specifica realiter distincta. Scd̃o sic Aĩal mouet se-
ipsum. sed om̃e mouens seip̄m diuidit̃ in ꝑtem ꝑ se motã et in ꝑtem ꝑ se
mouentẽ. ꝑs ꝑ se mouens est aĩa. ꝑs aũt ꝑ se mota nõ p̃t esse materia nu-
da. q̃z materia nuda nõ mouet̃. vt d̃z q̇nto huius. q̃z subiectũ motus est
in actu substantiali et in potentia ad esse accidẽtale. ergo in ꝑte ꝑ se mo-
ta est ponẽda aliqua forma substãtialis p̃ter aĩam. q̃ nõ est nisi corporei-
tas. ergo ponenda est forma corporeitatis distincta a specificis disting-
uibilis et determinabilis ꝑ diuersas formas specificas ad diuersa esse de-
terminata. et sic patent tres opiniones de cã quãtitatis in cõposito ma-
teriali. Prima ponit materiã esse totã causam quãtitatis etiã determi-
nate. Scd̃a ponit materiã esse totã causam quãtitatis nõ tñ determina-
te. Tercia ponit formã corporeitatis in materia causam quãtitatis inde-
terminate et formã specificã esse causam q̈̃titatis determinate. Sed cõ-
tra has opiniones ¶ Conclusio p̃ma Materia nõ est tota causa quã-
titatis cõpositi. ꝓbatur. q̃z si sic seq̃retur ꝙ quoꝝ materia esset eadem et
eiusdẽ rõnis esset eadẽ quãtitas. et sic oĩm generabiliũ esset eadẽ quan-
titas cũ ipoꝝ oĩm sit eadẽ materia qd̃ tñ falsum est. Scd̃o. q̃z d̃t phs
scd̃o de aĩa. Oĩ omibus viuentib⁹ positus est certus terminus' augmẽ-
ti et decrementi ab ip̃a aĩa. Cum igit̃ aĩa sit forma seq̃tur ꝙ forma facit
ad quantitatẽ. ergo materia nõ est tota cã quãtitatis. Tercio. Quia
dicit̃ in de generatõe ꝙ ex vno pugillo terre fiũt decẽ aque et centũ aeris
Sed si materia esset tota causa q̈̃titatis cũ sit eadẽ materia ẜm substan-
tiam q̃ p̃mo stat sub vno pugillo terre. deinde sub decẽ aque. tercio sub
centũ aeris nõ possit assignari rõ talis diuersitatis. Quarto materia
est ens in pura potentia. ergo ab ea tanq̈̃ a tota cã nõ p̃t aliqd̃ accñs ori-
ginari. ¶ Conclusio scd̃a. In materia generabiliũ et corruptibiliũ non
sunt ponende dimensiones interminate p̄cedentes oẽm formã substan-
tialem. ꝓbatur. q̃z in quinto huius d̃z Oĩ subiectũ generatõis nõ occu-
pat locũ. sed materia cũ dimensionib⁹ occupat locũ. ergo materia cũ hu-
iusmodi dimensionib⁹ nõ est subiectũ generatõnis et tamẽ ad hoc pone-
bat Auerroys in materia huiusmodi dimensiones. Hoc etiã posset ꝓ-
bari ratõnib⁹ factis post oppositũ. Conclusio tercia In materia nõ ẽ

ꝑonenda forma corporeitatis ꝑ essentiã distincta a formis specificis sꝑ
manens eadem sub oib⁹ illis. ꝓbat̃ q2 forma substãtialis differt ab acci
dentali in hoc ꝙ ipa dat esse simpl'r. Accñtalis vero ꝯstituit̃ in esse a suo
subiecto. Etiã forma substantialis aduenit enti in pura potentia. ſ3 ac/
cidentalis aduenit enti in actu simpl'r et in potẽtia ſm q̇d. Cũ igitur for
ma corporeitatis sit forma substãtialis ipa dabit materie esse simpl'r: sed
quicq̇d aduenit enti in actu simpl'r est accñs. ergo omnes forme specifice
essent accidentia. Et si dicat̃ ꝙ esse simpl'r capiatur dupl'r. Uno mõ vt
oꝑponit̃ ipi esse ſm quid quod est esse accñtale. ⁊ sic forma corporeitatꝫ
dat esse simpl'r. Alio mõ esse simpl'r est esse in actu determinato ⁊ vltimo
ꝑ formam specificã. sic forma corporeitatis nõ dat esse simpl'r. q2 dat esse
determinabile et distinguibile. Contra hoc replicat̃. q2 esse substãtia
le in indiuisibili ꝯsistit. ergo nõ p̃t esse distinguibile et determinabile. an/
tecedẽs ptꝫ. q2 p̄mum vniuscuiusqꝫ ordinis est metꝝ et mensura omniũ
alioꝝ q̃ sunt illius ordinis. qđ debet esse minimũ ⁊ indiuisibile. alias eĩ
nõ esset p̄ma mensura sed esset mensurabile. sed in ordine ipoꝝ esse eẽ
substãtiale est p̄mũ. ergo est mensura cuiuslibet alterius esse. ergo debet
esse minimũ. et ergo indiuisibile. Et hoc est qđ dicit ph̃s in octauo me/
thaphysice, Q3 in substantialib⁹ spẽs se habẽt sicut numeri mõ in nume
ris additio ⁊ subtractio indiuisibilis variat speciẽ. ergo et in substantia
libus esse substantiale ſm rem nõ est distinguibile et determinabile. Er
go ponit beatus Thomas Q3 ab eadem forma ſm rem multiplici tñ
ſm virtutẽ et ꝑfectõem habet cõpositum materiale esse substantiale et
esse corporeũ et esse specificum et vltimũ. Et per hoc dicitur ad ratões
alberti. quia ꝑ eandem formam corpus cui vnitur ipa anima est substan
tiale corporeũ et sic de alijs. Et intelligitur quantũ ad posteriores gra/
dus ꝑfectionales vniri materie per aliquod medium sed quantũ ad pri
mum qui est esse vnitur sibi immediate. Ad scđam dicitur specialit̃
Q3 id quod generatur non est materia sed id quo. Conclusio quar/
ta. Quelibet forma substãtialis vnit̃ materie p̄me. ꝓbat̃ sic. q2 materia
de sua ꝓpria natura est potẽtia substãtialis. ſ3 potẽtia subalis p̄mo ⁊ di
recte recipit actũ substantialẽ ⁊ nõ ꝑ aliqđ mediũ. iõ đ2 scđo de aĩa ꝙ nõ
est q̃renda cã quare ex materia et forma fit ꝑ se vnũ nisi q2 sc3 hec forma
est ꝓprius actus. ⁊ materia hec est ꝓpria eius potẽtia Scđo. si forma
substãtialis vniret̃ materie ꝑ mediũ. vel illud esset subale vel accñtale.
Si subale tunc adueniret enti in actu simpl'r. ⁊ sic eẽt accñs. Si accñta
le tũc ex ipis nõ fieret vnũ ꝑ se. Et seq̃rent̃ incõuenientia illata post op/
positũ Ex q̊ sequit̃ Q3 oẽs dimẽsiones in materia sꝑ sunt actu ter/
minate ⁊ sꝑ ꝯsequunt̃ ſm esse in actu ad aliquã formã specificã. et qñ fit
mutatio de vna forma in aliã acq̇runt̃ noue dimẽsiones ⁊ p̄cedentes ab
iciunt̃. Et hec ꝯclusio est doctoris sancti. Quã tanqꝫ ꝓbabiliorẽ susti/
nẽtes respondent ad rõnes ante oppositum.

Ad rõnes

Ad p̄mã đ2 Q3 materia exñs actu sub plurib⁹ formis fuit diuisa sub q̃titate exñte cu3 formis abiciẽdis ⁊ nõ ẽ diuisa ꝑ q̃titatẽ manentẽ cũ formis acq̇rendis. Ad

ſcḋam d₂ q̄ nulla forma ꝑ ſe ṗmo expellit̄ a ſubiecto niſi ratõe ꝯrietatis. Sꝫ bñ ex ꝯñti ꝑ corruptõem ſui ſubiecti. Ideo lꝫ q̄titas nõ habeat aliquã formã ſibi ꝯriã tñ p̄t corrũpi ex ꝯñti ꝑ corruptõeꝫ forme ſub̄lis quã ꝯſeq̇tur. Ad terciã d₂ Qꝫ corpus fit ex nõ corpe in actu corpe. tamẽ in potẽtia ſil̓r de dimenſione. licet eñ materia ꝑ ſe ſumpta nõ ſit corpꝰ eſt tñ in potẽtia ad actũ corpis. Ad quartã neget̄ ṗmo ꝯña. Et rõ ẽ q₂ materia exñs ſub pluribꝫ formis indiuiduoꝝ p̄t ṗus fuiſſe diuiſa ſub quãtitate exiſtente cũ formis p̄cedentibꝫ in materia. ſicut forma panis diuidit̄ ꝓpter diuiſionẽ materie factã ſub quãtitate forme p̄cedentis.

Ad quintã d₂ Qꝫ indiuiſibile actu et potẽtia additũ alteri nõ reddit ip̄m maius. ſꝫ indiuiſibile actu diuiſibile tñ potentia cuiuſmodi ẽ materia ẜm ſe additũ alteri habenti virtutẽ actiuã reducẽdi talẽ potentiã ad actũ bñ p̄t reddere alteꝝ maius. Ad ſextã d₂ Qꝫ cum ex aere fit ignis materia ignis ꝯtinue recedit a ꝓpria q̄titate ⁊ diſpoſitõibꝫ forme aeris accedendo ad diſpoſitõnes forme ignis Et ſicut eſt dabile vltimũ inſtans eſſe forme aeris ⁊ ṗmũ ſui nõ eſſe q̇d eſt ṗmũ eſſe forme ignis. ita nõ eſt dare vltimũ inſtans in q̊ materia ſit ſub ꝓpria quãtitate aeris ſꝫ eſt dabile ṗmũ in q̊ eſt actu ſub quãtitate ignis. iõ talis augmẽtatio et extenſio materie nõ fit in inſtanti ſꝫ ſucceſſiue ſub forma exiſtẽte in materia aeris. Ad ſeptimã d₂ Qꝫ nõ in q̊libet genere repit̄ potẽtia formalis formabilis et actꝰ determinans. ſicut genus eſt forma determinabilis ⁊ dr̃ã actus determinans ſꝫ ſolũ in genere ſubſtantie repitur potẽtia ſubiectiua real̓r diſtincta a ꝓprio actu eiuſdẽ generis. iõ in generibus accñtiũ nõ oportet ponere aliud ſuſceptiuũ real̓r diſtinctũ a formis illorum geneꝝ. Forme em accñtales cũ ſint forme ſimplices nõ h̄ñt materiã ex qua fiant. ſꝫ receptiuũ ipaꝝ eſt ſubiectũ de genere ſubſtantie. Et ſil̓r dõm eſt ad octauũ. Et hec de queſtione

Alter principia ponit ſub phyloſophia
Vel per ſe cauſas ſic quoqꝫ fortuitas

Orum que ſunt alia q̇dem ſunt natura. alia vero propter alias cauſas. Natura quidem ſunt animalia queqꝫ et partes ipſorum et plante et ſimplicia corpora vt terra et ignis et aer et aqua. Hec enim eſſe et huiuſmodi a natura eſſe dicimus. Omnia autem que predicta ſunt videntur differentia et non natura exiſtentia. Que quidem eñ natura ſunt omnia videntur habentia in ſeipſis principium motus et ſtatꝰ. hec q̇dẽ ẜm locũ. illa ꝟo ẜm augmẽtũ ⁊ decremẽtũ

Quedam aũt ꝯm alteratõnem. Lectulus aũt et indumentum et si aliquod huiusmodi genus est ꝯm quod quidem sortitũ est in predicatõne vnaquaqꝫ. et inquantũ est ab arte neqꝫ vnũ habet impetũ mutationis innatũ. Secundũ aũt ꝙ conuenit ipsis lapideis aut terreis esse aut mixtis ex his. habent tantum tanqꝫ existente natura principio aliquo et causa mouendi ⁊ quiescendi in quo est primũ per se et nõ ꝯm accidens. Dico aũt nõ ꝯm accidens. cũ fiat vtiqꝫ ipse sibi aliquis causa sanitatis. cũ sit medicus. Sed tamen nõ ꝯm ꝙ sanatur medicinã habet sꝫ accidit eundẽ medicũ esse et sanari. vnde et diuiduntur aliqñ ad inuicem. Similiter aũt et alioꝝ vnũquodqꝫ que fiunt Nullum em̃ ipsoꝝ habet in seipso factionis principiũ. sed alia quidem in alijs et ab exteriori vt domus et alioꝝ manu inscisorũ vnũquodqꝫ alia aũt in seipsis quidem. sed nõ ꝯm seipsa quecũqꝫ ꝯm accidens cause fiũt vtiqꝫ ipsis Est igitur natura quod dictũ est Naturã aũt habent quecũqꝫ huiusmodi habent principium et sunt hec oĩa subiecta. Subiectũ em̃ quoddã ⁊ in subiecto est natura semper. Scdm naturã aũt sunt et hec ⁊ q̃cunqꝫ his insunt ꝯm se. vt igni ferri sursum. Hoc em̃ natura quidem nõ est. neqꝫ habet naturam. sed a natura. et ꝯm naturã est quid quidẽ natura sit dictũ est. et quid est habere naturaꝫ ⁊ quid a natura. et quid ꝯm naturã Quia aũt est natura tentare demõstrare ridiculũ est. Manifestũ em̃ est ꝙ huiusmodi reruꝫ sunt multa. Demonstrare aũt manifesta per imanifesta non potentis iudicare est propter ipsum. et non propter ipsum cognitũ. Quia aũt contingit hoc pati. non imanifestum est. Syllogiset em̃ aliquis cum natus sit cecus de coloribus. Quare necesse est huiusmodi de nominibus habere rationem nihil autem intelligere.

Circa initiũ secũdi libri physicoꝝ. Querit. Utrꝫ definitio nature sit bñ assignata in qua dr̃ natura est p̃ncipiũ ⁊ causa mouendi et quiescendi eius in quo est p̃mũ p̃se et nõ ꝯm accidens Arguit̃ p̃mo ꝙ nõ. qꝛ nullũ absolutũ habꝫ definiri p respectiuũ. sed natura est ens absolutũ cũ dicat̃ de materia et

forma. q̄ sunt absoluta ꝛ p̄ncipiū est ens respectiuū. ergo Sc̄do sic. p̄n-
cipium et cā idē sunt. ḡ nugatorie ponit̄ alteꝝ Tercio sic. celū natura-
liter mouet̄ et nō quiescit. ḡ male dr̄ mouendi et quiescendi. Quarto
sic. idē nō est p̄ncipiū ꝯtrarioꝝ. motus et qes sunt ꝯtraria. ḡ natura nō
est p̄ncipiū mouendi et quiescendi Quinto sic. grauia et leuia mouē-
tur et tn̄ nō hn̄t intra se p̄ncipiū sui motus cū moueant̄ a generāte. vt dr̄
octauo hui⁹. ergo Sexto sic. aīal cadens deorsum naturalr̄ mouet̄ et
tn̄ nō hȝ intra se p̄mū p̄ncipiū sui mot⁹ ergo Septimo sic. p se ꝛ nō ſm
accn̄s idem sunt. ergo alteꝝ nugatorie ponit̄. In oppositū est p̄hus in
p̄mo capitulo huius libri ponens illā definitōem in forma Pro rn̄sio-
ne Sciendū p̄mo. Qꝫ postq̄ p̄hus in primo libro determinauit de
principijs reꝝ naturaliū. vt referunt̄ ad esse et ad fieri rei naturalis. Cō-
sequenter in hoc sc̄do determinat de principijs rerum naturaliū ſm ꝙ
referunt̄ ad scire siue cognoscere ip̄as res naturales ꝛ ita in hoc sc̄do agit
de principijs scientie naturalis. et qꝛ in sc̄ia oportet cognoscere subiectuȝ
et principia p que demonstrant scientie. ideo in hoc sc̄do agit̄ de natura
tanq̄ de subiecto. et ostendit̄ de q̄bus sc̄ia naturalis habet ꝯsiderare. et
ꝯsequenter ostendit̄ ex quibus causis demonstrat sc̄ia naturalis.

Sciendū sc̄do. Qꝫ natura ſm Boetium dr̄ quattuor modis. Uno
modo vt est eaꝝ rerum que cū sint quocunq̄ modo ab intellectu nostro
capi possint. et hec est cōmunissima eius acceptio. qꝛ comprehēdit om̄e
ens positiuum quod capi potest a nostro intellectu ꝛ sub natura hoc mō
accepta non continentur negatōnes nec p̄uatōnes nec p̄ma causa nec in-
telligentie nec tempus nec motus nec materia prima que perfecte ab in-
tellectu nostro non capiunt̄. Secundo modo dicitur natura magis stri-
cte prout tantūmodo cōprehendit substantia. et hoc modo definitur a
Boetio sic natura est que potest agere vel pati. Tercio mō adhuc stri-
ctius vt scȝ reperitur solum in corporibus mobilibus. et est in eis p̄nci-
pium mouendi et quiescendi et hoc modo capitur in definitōne nature.
Quarto modo dicitur natura propria et essentialis differentia que est
sp̄ei constitutiua. et hoc modo dicimus ꝙ alia est natura equi. et alia na-
tura hominis. a natura bouis vel leonis. Sciendum tercio. Qꝫ hoc
nomē natura prout hic sumitur dicit̄ de materia et forma nō vniuoce. vt
postea dicetur. sed analogice. et hec definitio nature nō est q̄dditatiua.
sed est quedam explanatio que est maioris declaratōnis q̄ nomen natu-
re per se sumptum. Sciendum quarto. Qꝫ q̄uis nomen materie ꝛ no-
men forme sunt absoluta. tamē natura supra materiam et formam. ꝛ ra-
tiones earum. addit quēdam respectum ad opus. ita vt natura signifi-
cet materiam et formam. non vt sunt principia fiendi et essendi absolute
sed vt sunt principia mouendi et quiescendi. et ideo natura definitur cō-
uenienter per hec nomina principium et causa. que sunt respectiua. Et
ponitur vtrunq̄. scȝ principium et causa ad designandum ꝙ non in om-
nibus natura est eodem modo principium motus. quia in rebꝫ anima-
tis natura est principium motus actiuum. ideo in illis p[illegible]prie debet di-
ci natura principium. quia per principium in physic[illegible]gitur causa
efficiens. Et in rebus inanimatis natura non est prin[illegible]m actiuum.

sed passiuum solū ⁊ ideo in illis non debet dici ꝑncipium. sed magis cū
Dicit tū Albertus. ꝙ ponitur principium propter ꝑuatōnem. que
non est causa motus per se. sed hec expositio non videtur esse conueniēs
quia per illam ꝑticulam per se et non ſm accidens priuatio excluditur.
Et dicitur mouendi et quiescendi. quia illa que naturaliter mouentur
ad aliquē locum in eo quiescunt naturalius ꝙ̄ ad eam moueātur. quia
propter quod vnūquodꝫ tale ⁊ illud magis. ⁊ ꝑ eandem naturam qui-
escunt in aliquo loco ⁊ mouenť ad eum. nō tamē debet intelligi ꝙ natu-
ra sit ꝑncipiū mouendi et quiescendi in omibus qꝛ in eis que solū natu-
raliter mouentur est ꝑncipium mouendi tantū. ⁊ nō quiescēdi. cuiusmo-
di est celum. Sed tamen dicit Albertus ꝙ motus celi nō debet dici na-
turalis quia est a motore sepato ꝑ intellectū mouente. ideo magis debet
dici intellectualis Sed ad hoc respondet Thomas ꝙ ad hoc ꝙ mo-
tus sit naturalis sufficit ꝙ sit a principio intrinseco passiuo naturaľr in-
clinato ad motū: ⁊ ideo motus celi debet dici naturalis. qꝛ celum natu-
raliter inclinatur ad suum motum. Deinde ponit in definitōe eius in
quo est ad drām artificialiū. ꝙ̄ inquantū hm̄oi nō habent ꝑncipiū alicu-
ius motus in se. Deinde ponit ꝑmū qꝛ etsi natura corpoꝝ cōpositoꝝ
sit ꝑncipiū alicuius motus eoꝝ nō tamen ꝑmum. vt cum aīal mouetur
deorsum hoc nō est de natura animalis inquantū aīal. sed ex natura ele-
menti ꝑdominantis. verū est tamē ꝙ licet natura aīalis inquantum aīal
nō sit ꝑncipium ꝑmum. motus deorsum est tamen ꝑmū ꝑncipium ali-
cuius alterius motus ita ꝙ nō est aliqua res naturalis. cui non ꝯueniat
aliquis proprius motus ꝑ ꝓpriam eius naturam Ultimo ponitur in de
finitōne ꝑ se ⁊ nō ſm accidens quā ꝑticulam declarat sic. qꝛ ⁊ si medicus
aliquando se sanet hoc est tamē ſm accidens. qꝛ accidit medico ſm ꝙ ē
medicus ꝙ sanetur. et ideo hec duo inueniunť sepata ab inuicem. sed na-
tura et ille motus cuius est ꝑncipium per se nunꝙ̄ inueniuntur separa-
ta vt nihil mouetur naturaliter sursum quin in eo sit leuitas ⁊ nunꝙ̄ in
aliquo inuenitur leuitas quin illud sit naturaliter mobile sursuꝫ. ⁊ sic pa-
tet definitio nature declarata. Sciendū quinto. Qꝫ vt habetur in te
xtu. entium que sunt. quedam sunt a natura. vt quecunꝙ̄ aīalia et ꝑtes
eoꝝ. plante ⁊ corpora simplicia et elementa. ⁊ mixta inanimata Alia stꝫ
que nō sunt a natura sed ab alijs causis vt ab arte casu vel fortuna. qua-
rum rerum differētia ex definitōne nature ꝯcluditur. Cōclusio ꝑma.
Entia naturalia drn̄t a nō naturalibꝫ. id est ab artificialibꝫ. ꝑ ꝙ̄to natu-
ralia habent in se ꝑncipium sui motus. innatum nō artificialia inquan-
tum huiusmodi. hanc ꝯclusionem ꝓbat phūs per inductōnem. nam quę-
dam naturalia habent in se principium motus ſm locum innatū. vt sim-
plicia corpora. alia vero ſm augmentum ⁊ decrementum. vt animalia
et plante. Alia vero ſm alteratōnem. vt mixta inanimata. et alia natu-
ralia. sed ea que nō sunt a natura. vt lectulus et indumentum. non ha-
bent principium in se alicuius motus innatū nisi per accidens. inquan-
tum res naturales sunt substantia artificialium. vt cultellus inquantū
ferreus hoc est includens illud ens naturale scꝫ ferrum et non inquan-
tum quoddam artificiale. ¶ Conclusio scd̄a. Natura est principium

et causa mouendi et quiescendi &c. patet. quia naturalia differunt a non naturalibus. quia naturalia habent in se principium motus et quietis primum per se et non secundum accidens quod quidem principiū est natura. ergo natura est principium et causa talis motus. patz etiam conclusio ex declaratōne ptium definitōnis. Sed iuxta textū queritur quid est habēs naturā. et quō differt ab ente secundum naturam. Respondetur quod habens naturam est ens cōpositū ex materia et forma qd habet in se pncipiū motus. sz ens secundum naturā nō est tale compositū. sz quicqd sibi inheret immediate sequens ex natura vt ferri sursum leuitas & hmōi. ☞ Dubitatur Utrum sit demonstrabile naturā esse. Rndetur quod nō. qz est per se notū & ad sensum manifestū sz aliq nituntur demōstrare & silr se habent cecis natis volētibus iudicare de coloribus & isti propter defectū intellectus nesciunt iudicare inter cognitū propter ipm et nō cognitū propter ipm.

Ad rōnes Ad pmā dz quod natura pt duplr ɔsiderari Uno mō materialr pro eo qd ē natura. vt materia et forma & sic est aliqd absolutū. Alio mō formalr sub rōe nature. & sic est respectiuū. qz nomē nature importat habitudinē pncipij. Ad scdam dz quod ponitur pncipiū propter illa q hnt in se pncipiū actiuū sui motus. & causa. propter illa q hnt pncipiū passiuū motus. pt etiā dici quod pncipiū est in plus quam cā. qa pncipiū est inchoatiuū tm. cā vero cū hoc est influxiua. Ad terciā patuit solutio Ad quartā dz quod qes in termino ad quē nō ɔriatur motui q fit ad illū terminū. qz qes illa est finis et salus illius motus. sed qes in termino a quo ɔtrariatur motui Ad qntam dz quod lz grauia & leuia habeant pncipiū actiuū extra se. hnt tamē pncipiū formale aut passiuum intra se. Ad sextā patuit solutio Ad septimā dz quod per se ē equocum ad hoc quod nō est per alterum et ad hoc qd est nō per accns & ad deno tandū quod per se capitur hic vt idē est quod nō per accns. ad ditur & nō secundum accns

Idetur autem natura substantia eorū que in natura sunt. quod primum inest vnicuiqz non formatum per seipsum. vt lectuli natura lignū statue autez es Signum autē dicit. Antiphon. qm si aliquis proijceret lectū deorsum. et accipiat potentiā putrescens vt vtiqz sit germen nō vtiqz fieri lectum sed lignum. tanqz dicat quod secundum accidens ens esse dispositionem secundum legem et artē. subaz aūt entem illam que permanet. hoc patiens cōtinue est. Si aūt et horū vnūqdqz ad alterum aliquod idem hoc sustinuit. vt es quidem et aurū ad aquam. ossa aūt et ligna ad terram. similiter autem et aliorum qdlibet illam naturam esse et substātiā ipsorum Unde sane hi quidē terrā. alij vero ignē. alij aerē dicūt quidā aūt aquā. alij quidā vero horum. Sz alij oīa hec naturā esse eorum q sunt. Quot enim accepit ipsorum huius siue vnū siue multa hec et tanta dt esse om

nem substantiã. alia aũt oĩa passiones istoꝝ et habitus et dis/
positiones. Et hoꝝ q̃dem quodlibet esse ꝑpetuũ. Nõ eñ incẽ
mutatõnem ipis ex seipis. Alia aũt fieri et corrũpi infinities.
Uno q̃dẽ mõ natura dr̃ ꝑma vnicuiqꝫ subiecta materia habẽ
tium in seipis mot⁹ ꝑncipiũ et mutatõnis. Alio aũt mõ for/
ma et spẽs que est ẜm rationẽ Sicut eñ ars dicit̃ quod est ẜm
artẽ et artificiosum. sic et natura quod ẜm naturã dicitur ꝛ qđ
naturale. Neqꝫ aũt illud adhuc dicimus habere ẜm artẽ nihil
si potentia tantũ est vt lectulus. nondũ eñ habet spẽm lectuli.
neqꝫ esse ẜm artẽ. neqꝫ in his que natura subsistũt. potẽtia eñ
caro aut os. neqꝫ habet adhuc suãpꝑius naturã. ꝑusqꝫ accipiat
spẽm ẜm rationẽ qua definiẽtes dicimus quod est caro aut os
neqꝫ natura est. Quare alio modo natura vtiqꝫ erit habentiũ
in seipis motus ꝑncipiũ forma et spẽs nõ separabilis ens ſꝫ aut
ẜm rationẽ. Quod aũt est ex his natura quidẽ nõ est sed a na/
tura vt homo. Et magis natura hec est qꝫ materia Unũquod
qꝫ eñ tunc dicitur cũ endelechia sit et magis qꝫ cũ potentia
Amplius fit ex homine homo. sed non lectulus ex lectulo. vñ
dicunt non figurã esse naturã sed lignũ. quoniã fiet vtiqꝫ si ger
minet nõ lectulus sed lignũ. Sic ergo hec est ars. et forma est
natura. fit eñ ex hoĩe homo. Amplius aũt natura dicta si/
cut generatio via est in naturã. Non eñ queadmodũ medica
tio dicitur nõ in medicinã via sed in sanitatẽ. Necesse quidem
eñ est a medicina. nõ in medicinã esse medicationeꝫ. Non sic
aũt natura se habet ad naturã. sed quod nascitur ex quodaꝫ in
quoddã venit ẜm quod nascit̃. Quod igit̃ innascit̃ nõ ex quo ſꝫ
in quod. Forma itaqꝫ natura est. Sed forma et natura dupli/
citer dicitur. Et eñ ꝑuatio spẽs quodãmodo est. Si auteꝫ est
priuatio et contrarium aliquod circa simplicem generatõnem
aut nõ est. posterius est considerandum

Querit̃ Utrũ forma est magis natura qꝫ materia Arguit̃ ꝙ nõ sicut est in naturalib⁹. ita est in artificialibus. qꝛ ars imitat̃ naturã inquantũ pt̃. sed materia artificialiũ est tota suba ꝛ natura reꝝ naturaliũ. ergo ꝛc. Scđo arguit̃. vt habet in textu. ꝑuatio ẽ quodãmodo spẽs .i. forma ꝛ tñ materia ẽ mag̃ natura qꝫ ꝑuatio. g̃ materia est magis natura qꝫ forma. In oppositum est ph̃s in scđo capitulo huius secundi libri. Pro responsione Sciendũ ꝑmo ꝙ antiq̃ ph̃i vt sepi⁹ dictum ẽ ad materiã ꝑmã ꝑuenire nõ poterãnt. ꝛ ponebant

aliq̄d corpus sensibile. vtputa aerem vel aquā vel ignē vel plura eorū. et
materiā primā oīm et actu ens. ꝛ per ꝯsequens ꝙ oēs forme se haberēt
ad materiā sicut accidentia ad substantiā. qꝛ oēs forme adueniebant en-
ti in actu vt dicebant. et accipiebant silēm existimatōez de naturalibus
et artificialibꝫ. in q̄bus artificialibꝫ forma accn̄talis aduenit materie ex-
istenti in actu. ꝓpter q̄d materia est tota substantia rerū artificialiū ꝛ for-
ma artificialis est accn̄s. et ideo volebant ꝙ materia esset tota substātia
et tota natura rerū naturaliū. et hoc q̄d dictū est de artificialibꝫ ostendit
antifon ꝑ quoddā signū. qꝛ si quis ꝓiciat lectulū in terrā ꝛ putrescēs ac-
cipiat vim germinandi nō germinabit lectulū sed lignū. cū ergo natura
sit vis insita rebus ex silibus silia ꝓcreans. vel ex qua pullulat pullulās
et id q̄d ꝑmanet et redit dicat̄ rei substātia vel natura. cōcludebat anti-
fon lignū esse substantiā totā lectuli. et eius totam naturā. ꝛ ꝑ ꝯn̄s con-
cludebat. ꝙ dispositio siue forma. siue sit ſm legē nature aut ſm artē sit
accidens. et id q̄d ꝑmanet sit suba q̄ ꝯtinue patit̄ hmōi formarū muta-
tionem. et hec est vna dr̄ia quā ponebant antiqui inter materiā ꝛ formā
dicentes materiā et formā differre ſm substantiā ꝛ accn̄s. Ponebāt etiā
aliam drām. qꝛ dicebant materiā et formā differre ſm ꝑpetuū et corrup-
tibile. nam q̄ ponebant vnū ꝑncipiū aut plura dicebant illud vel illa esse
ꝑpetua. et ſm se intransmutabilia. sed oīa alia dicebant transmutari infi-
nities circa huiusmodi principiū vel principia. vt q̄ ponebant aquā esse
principiū. dicebant eā nunq̄ȝ corrumpi. sed alia vtputa es aurū q̄ de natu-
ra eius sunt dicebant infinities corrūpi. Conclusio ꝑma. Qȝ hec po-
sitio antiquorū quantū ad aliq̄d est vera. et quantū ad aliud est falsa. naȝ
quantū ad hoc ꝙ ponebat materiā esse naturā et substantiā rerū natura-
lium est vera. qꝛ materia ꝑma intrat cuiuslibet rei naturalis ꝯstitutōeȝ
sed quantū ad hoc ꝙ dicebant eā esse totam substantiā rerū naturaliū. et
oēs formas accn̄tales falsa est. qꝛ vt alias dictū est. materia ꝑma est pu-
ra potentia ad esse substantiale. ideo nō est nisi pars substantie rei. et non
est in actu substantie nisi ꝑ formā substantialē. et ex hac opinione antiq̄rū
seq̄tur Conclusio scd̄a. Materia est natura. ptȝ ista ꝯclusio ex cōi opi-
nione antiquorū q̄ nō pt̄ esse in tota falsa. eo ꝙ om̄es ꝯcorditer dixerunt
ꝙ materia est natura. ꝛ in hoc verū dixerunt. licet deficiebant in hoc ꝙ po-
nebant eaȝ esse totā naturā et substantiā rerū. ptȝ etiam hec ꝯclusio ex de-
finitōne nature prius posite. qꝛ natura est ꝑncipiū mouendi et q̄escendi
ꝛc. ergo materia est natura Conclusio tercia. Forma est natura. ꝓbat
textus tribꝫ ratōnibꝫ. Prima est. sicut ars est id ſm q̄d aliq̄d dr̄ esse ſm
artem et artificiosum. ita natura est id ſm q̄d aliq̄d dr̄ esse ſm naturam
et naturale. sed nihil dr̄ esse ſm artē et artificiale quousq̄ȝ habeat formam
artis. vt lignū. cū adhuc est in potentia ad formā lectuli nō dr̄ lectulus.
ergo a simili nihil dicet̄ naturale quousq̄ȝ habeat formā. vtputa id q̄d ē
in potentia caro vel os anteq̄ȝ accipiat formā carnis vel ossis. ſm quam
sumitur rō definitiua rei ꝑ quā scimus quid est caro. et sic forma est na-
tura rerū naturaliū in se habentiū ꝑncipiū motus et quietis. que quideȝ
forma licet nō sit seꝑabilis ſm esse. est tn̄ seꝑabilis ſm rōnem. nam forma
substantialis naturalis nō est om̄ino ens cōpletū in natura. ideo non pt̄

separi a materia fm ee. neqꝫ etiã est ens subsistens. sed tñ cũ sit actus. sp-
sa inquantũ hmõi est intelligibilis. ideo dr sepabilis a materia fm rõem
lz materia nõ possit separi a forma. nec fm ee nec fm rõem. Et dt phs ꝙ
forma est sepabilis fm rõem. quia nisi forma esset aliud fm rõem a mate-
ria nõ esset alius et alius modus. quo forma dicitur natura. ⁊ quo ma-
teria dicitur natura. Et qꝛ posset aliquis credere ꝙ cum materia sit na-
tura et etiam forma. ꝙ etiam cõpositum posset dici natura. cum natura
videatur esse substantia. et substantia dicatur de composito ex materia
et forma. ideo ad hoc excludendũ dicit phus. ꝙ compositum ex materia
et forma non est natura. qꝛ natura habet ratõnem principij. compositum
vero ratõnem principiati. Sed est aliquid existens a natura. vel habẽs
naturam. Secunda ratio est hec. nã ex homine fit homo. ⁊ ex lectulo non
fit lectulus. cum ergo fm antiquos lignum dicatur natura et forma le-
ctuli nõ dicatur natura. ex eo ꝙ lignum redit per generatõnem ⁊ nõ for-
ma. sequitur ꝙ qꝛ cum ex homine fit homo forma hominis redijt. ipa sit
natura. Tercia ratio. generatio passiua nominatur natiuitas. et hoc
nomen natiuitas sumitur ex natura ex eo ꝙ est via in naturam. cum er-
go generatio passiua sit via in formam, sequitur ꝙ forma sit natura. Et
est hic considerandum ꝙ differẽtia est inter actões et passiones. nam ac-
tiones nominant a principijs actiuis. passiones vero a terminis. vt me-
dicatio que est actio nõ dicitur via in medicinã. sed dicitur a medicina.
sicut sanatio est via in sanitatem. ⁊ ideo bene dicebatur ꝙ generatio pa-
ssiua denominatur a termino ad quem. et cum ille terminus sit forma. et
huiusmodi generatio passiua dicat natiuitas a natura. seqtur ꝙ forma ẽ
natura. Conclusio quarta. Forma est magis natura ꝙ̃ materia. pba-
tur nam aliquid fm formã est in actu nature. ergo cum aliquid mag di-
citur tale fm ꝙ est in actu tale. ꝙ̃ fm ꝙ aliqd est in potentia tale sequitur
ꝙ forma est magis natura ꝙ̃ materia. qꝛ a materia denominat tale aliqd
fm potentiam naturalẽ. Ex quo potest sequi ꝙ accidentia que ꝯsequunt
formã sunt mag naturalia illis q̃ ꝯsequunt materiã. Ad rõnes an̄ oppo.

Ad ratões Ad pmam dicitur ꝙ nõ est omnino simile de materia naturalium et de materia artificialiũ quia materia artificialiũ est in actu substantiali. et in potentia accidentali tantũ. ideo quicquid ibi inuenitur preter materiam est accidens sz materia naturalium est tantum ens in potentia. et forma primo sibi adueniens est substãtia et substantialis. alie post aduenientes sunt accidẽtia et accidentales forme. Ad scdam dicitur ꝙ priuatio inquantũ coniũgitur rei corrũpende est quodãmodo forma scz fm quid priuatio tamen simpliciter nõ est forma. et sic nõ est natura nisi fm quid ⁊ per accidens mouendi ⁊c. ideo notanter dicit phus ꝙ priuatio est quoddãmodo species et non simpliciter.

Quoniam autem determinatum est. quot modis natura dicitur: post hoc speculandum est quo differt mathema-

ticis a physico. Etenim plana et firma habent physica corpo
ra et longitudines et puncta. de q̇bus intẽdit mathematicus.
Amplius astrologia aut altera est. aut pars physice. Si em̄
physici est quod est sol aut luna scire. accidentiũ aũt que sunt p
se nullum inconueniens est. Et aliter quoniã videntur de na/
tura dicẽtes. et de figura solis et lune. et vtrũ spherica sit terra
et mundus aut nõ. De his quidẽ igitur negociat̄ et mathe/
maticus. sʒ nõ inquantũ physici corporis terminus est vnum/
quodqʒ. Neqʒ accidẽtia speculatur iquantũ talibus existentibꝫ
accidunt. vnde et abstrahit. Abstracta em̄ in intellectu a motu
sunt. et nihil differt: neqʒ fit mendaciũ abstrahentiũ Latent
aũt hoc facientes et ydeas dicentes. Physica em̄ abstrahunt
cum minus sint abstracta mathematicis. Fiet autem vtiqʒ
hoc manifestũ. si aliquis vtrorũqʒ tẽptauerit dicere terminos
et ipsorum et accidentiũ impar quidem em̄ et par et rectum et
curuum. Adhuc aũt et linea et figura sine motu. Caro autem
et os et homo non adhuc. sed hec sicut naris sima: sed nõ sicut
curuum dicitur. Demonstrant autem et que magis physi/
ca q̄ʒ mathematica. vt perspectiua et armonica et astrologia.
Contrario enim quodam modo se habent cum geometria Ge
ometria quidem enim de physica intendit linea. sed nõ inquã
tum physica. Sed perspectiua quidem mathematicã lineam
Sed non inquantum mathematica. sʒ inquantũ ẽ physica

Queritur Utrũ physica differat a mathematica Argu
itur q̄ nõ rationibus textus. Prima est. physica
habet considerare corpora lineas superficies et puncta cum ista conue/
niant corpori naturali. sed de eisdem considerat mathematica. ergo phy
sica non differt a mathematica. ꝯsequentia tenet. qꝛ scie que eadem con/
siderant. vel sunt eadem vel vna est pars alterius. Secunda ratio est
ad quãcunqʒ scientiam pertinet considerare substantias et naturas ali/
quarum rerum ad eam pertinet considerare per se accidentia ipsarum.
sed ad physicam pertinet cognoscere substantiam et naturam celi. solis
et lune et aliorum astrorum cum sint corpora naturalia. et hoc etiam p/
bat phus ex consuetudine phorum qui inueniuntur determinasse de fi
gura solis et lune et terre et totius mundi. circa que versatur astrologie
intentio. vt notum est. Cum ergo astrologia sit pars mathematice. se/
quitur q̄ mathematica et physica non differunt vel saltem q̄ vna est ps
alterius. In oppositum est phus in tercio capitulo huius secundi
Pro responsione. Sciendũ q̄ postq̄ʒ phus ostendit de quot et qui/

bus dꝛ natura. Cōsequenter ostendit de q̄bus ꝯsiderat naturalis phia et quō a mathematica differat. de quo videbitur in p̄senti questione.

Sciendū est scd̄o. ꝙ multa sunt eadē ꝑm rem. quoꝝ vnū nō est de intellectu alterius. sicut albū et musicū in vno subiecto ꝯiunguntᷣ. et tamē vnū nō est de intellectu alterius. et ideo vnū p̄t sepatim intelligi sine alio et hoc est vnū ꝑ intellectū abstrahi ab alio. manifestū est aūt ꝙ posteriora nō sunt de intellectu prioris sed econuerso. vt homo nō est de intellectu animalis. qꝛ aīal prius est homine. et homo sorte. ⁊ ideo aīal p̄t intelligi sine hoīe. et homo sine sorte. et hoc est abstrahere vl'e a singulari. Similiter inter oīa accidentia q̄ adiacent substantie materiali p̄mo ei aduenit quantitas. Deinde qualitates sensibiles. ⁊ ꝯsequenter actōes ⁊ passiones et motus sequētes hmōi qualitates sensibiles. Ex quo sequitᷣ ꝙ quantitas in suo intellectu nō includit qualitates sensibiles actōnes vel passiones vel motus. sed bñ includit in suo intellectu substantiā materialem que est p̄or quantitate. quātitas igitᷣ potest intelligi sine materia subiecta motui et qualitatibꝫ sensibilibꝫ. nō tñ absqꝫ materiali substātia. et ideo quātitas p̄t abstrahi ꝑm intellectū a motu et materia sensibili nō tñ a materia intelligibili. et ideo mathematicus p̄t ipam ꝯsiderare sine materia et motu sensibili. et hoc vt dꝛ phs nihil differt q̄ntum ad veritatem ꝯsideratōnis. qꝛ q̄uis quātitas ⁊ accidentia ꝑ se sibi ꝯuenientia nō sint sepata ꝑm esse a materia sensibili tñ mathematici abstrahentes ea ꝑm intellectū nō mentiuntᷣ. qꝛ nō asserunt ea esse extra materiā sensibileꝫ hoc eñ esset mendatiū. sed ea ꝯsiderant absqꝫ ꝯsideratōne materie sensibilis et ita debꝫ fieri abstractio ꝑ p̄mam operatōem intellectus q̄ est simplicis rei apprehensio. et nō ꝑ scd̄aꝫ que est cōpositio et diuisio. qꝛ si sic abstraherentur ea q̄ sunt ꝯiuncta ꝑm esse abstrahentiū esset mendaciū. Ex quo p̄tꝫ ꝙ nō eodē mō physicus ⁊ mathematicus ꝯsiderant quātitateꝫ et accidentia eius. qꝛ mathematicus ꝯsiderat quantitatē ꝑm simplicem formā et essentiā quātitatis abstrahendo eā a motu ⁊ materia sensibili. Sed physicus ꝯsiderat eā ꝓut est terminus naturalis corporis. Et lꝫ ꝯsiderent de eodē materialr̄ nō tñ formalr̄ cū alia ꝯueniunt quātitati vt est terminus corpis naturalis. et alia quātitati ꝯsiderate ꝑm se et absolute. nā mathematicus inquirit de corpe an sit rotundū vel spericū vl' rectum vel curuum. sed physicus inquirit de corpe an sit calidū vel frigidum graue vel leue ⁊ sic ꝯueniunt in subiecto ⁊ differunt in p̄dicato. Et etiam demonstrant physicus et mathematicus easdē ꝯclusiones. sꝫ tñ ꝑ alia media ꝓbat eas physicus ⁊ ꝑ alia media astrologus Ex p̄dictis ꝯcludit Arestoteles errorē platonis. qꝛ eñ latebat eū quo modo intellectus potest vere abstrahere ea q̄ nō sunt sepata ꝑm eē. ideo posuit oīa abstracta ꝑm intellectū etiā esse abstracta ꝑm rem. ⁊ nō solum posuit entia mathematicalia esse abstracta a corpibus sensibilibꝫ ꝑm esse. ꝓpter hꝫ ꝙ mathematicus abstrahit ea a materia sensibili ꝑm rōem. sed ipe etiaꝫ posuit vl'ia physica esse ꝑm rem abstracta a singularibꝫ ꝓpter hoc ꝙ physica scientia est de vniuersalibꝫ ⁊ nō de singularibꝫ. ideo posuit cōem hominem ꝑm esse sepatum a ꝑticularibꝫ hominibꝫ. ⁊ silr̄ dicebat in alijs et hmōi sepata dicebat esse ydeas. physicalia tamē sunt min⁹ abstracta q̄

mathematicalia. qꝛ materia sensibilis nec in vl'i nec in ꝑticulari cadit in
intellectu mathematicaliū. ſꝫ materia sensibilis in cōi accepta cadit in in
tellectu reꝝ naturaliū nō tñ materia sensibilis indiuidualis. vt in defini
tiōe hois ponit' caro et os sed nō hec caro et hoc os. Istis notatis sequi-
tur responsalis. Conclusio Physica differt a mathematica. ꝓbatur
duplici rōne textus. Prima rō. ille scie sunt diuerse q̄ diuersimode defi-
niunt cū definitio sit ꝓncipiū demōstratōis q̄ facit scire. ſꝫ physica ꝛ ma-
thematica diuersimode definiunt igit' ꝛc. minoꝛ pꝫ. qꝛ entia mathema-
ticalia vt sunt numerus par et impar linea figura rectū et curuum. et si-
milia definiunt' sine motu et materia sensibili. nam si in definitōe recti vel
linee poneret' materia sensibilis. vtputa lignū. talis definitio nō cōpete-
ret linee vel recto qđ vel que esset in alia materia sensibili. vtputa in cu-
pro vel ere. sed entia naturalia. vt hō equus caro et os et sil'ia definiunt'
cū materia sensibili. Et iō đt phs in textu ꝙ physica et mathematica
differunt sicut simū et curuum. qꝛ in definitōe simi ponit' subiectū sensi-
bile qđ est nasus. sed in definitōne curui nō ponit' aliqđ subiectū sensibile

Scđa ratio. scie medie inter physicā ꝛ mathematicā. vt ꝑspectia mu
sica et astrologia dr̄ñt a mathematica ꝑ hoc ꝙ ꝯueniunt cū physica. g a
fortiori physica differt a mathematica. tenet ꝯña. qꝛ si mediuꝫ differt ab
vno extremo ꝑ hoc ꝙ ꝯuenit cū alio extremo a fortiori. extremū differt
ab extremo. assumptū pꝫ. qꝛ ille medie scie ꝯrio mō se hñt ad mathema-
ticam. nā geometria q̄ est pure mathematicalis capit lineā physicā ꝛ ab
strahit eā a materia sensibili. ſꝫ ecōuerso ꝑspectiua capit lineā mathema-
ticā abstractā a materia sensibili et applicat eā ad materiā sensibilē. s. vi-
sualē. sil'r diceret' de musica respectu arismetrice et astrologia respectu ari
smetrice et geometrie. Et si q̄rat' vtꝝ scie medie sint magꝭ physice q̄ꝫ ma
thematice. Ad hoc rñdet phs ꝙ sic q̄uis demonstrent ꝑ ꝓncipia ma-
T sicut motus semper aliud. sic et tempus. Quod aūt simul omne tempus idem est. Ipsum em̄ nunc idem est. ⁊ qꝺ quidem erat esse aūt ip̄i alterū est. Ipsum aūt nunc tempus mensurat ſm ꝙ prius ⁊ posterius est Ipsum autem nunc est quidē sicut idem est vero sicut nō idē

Physicorum.

ꝑm q̄dem em̄ q̄d in alio ⁊ in alio alterū est. hoc vero erat ip si nūc. Inq̄ztū aūt qđcū̄qз ens est ip̄m nūc idem est. Seq̄ tur em̄ sicut dc̄m est magnitudinē mot⁹ Nūc aūt tp̄s sicut dicim⁹. Et similiter igit̄ pūcto qđ fert̄ quo motū cognosci/ mus ⁊ p̄us in ipso ⁊ posteri⁹ hoc. qua q̄dē qđcū̄qз ens idem est. Aut em̄ pūctū aut linea aut lapis aut aliq̄d aliud hm̄oi est. Rōne aūt aliud est. sicut sophiste accipiūt alterū corus/ cū in theatro esse ⁊ coruscū in foro. Et hoc igit̄ in eo qđ ali/ bi ⁊ alibi alterū est. Illud aūt qđ fert̄ seq̄tur ip̄m nūc. sicut tē p⁹ motū. Eo em̄ qđ fert̄ cognoscim⁹ p̄us ⁊ posteri⁹ ī motu Scđm aūt ꝙ numerabile p̄us ⁊ posteri⁹ ip̄m nūc est Qua re ⁊ in his qđ q̄dē ens nūc est idē ē p̄us ei ⁊ posteri⁹ ē qđ in motu. esse aūt alterū. ꝑm em̄ ꝙ numerabile ē p̄us ⁊ posteri⁹ ipsum nūc ē. Et notū aūt maxime hoc ē. ⁊ mot⁹ em̄ per id qđ mouet̄. ⁊ loci mutatio per id qđ fertur. Hoc aliq̄d em̄ qđ fert̄: motus aūt qđ non. Est q̄dem igit̄ sicut idem ipsum q̄đ nūc dicit̄ semꝑ. est aūt sicut nō idem. et namqз est simili/ ter qđ fertur Manifestū aūt est. ꝙ nisi temp⁹ sit ip̄m nūc nō erit: sꝫ qꝛ ipsuз nūc nō erit tp̄s nō erit: simul em̄ sunt sicut qđ fert̄ ⁊ loci mutatio. sic ⁊ nūer⁹ q̄ ē ei⁹ q̄đ fertur. ⁊ q̄ ē loci mutatōis. Temp⁹ q̄dem em̄ est loci mutationis numerus. Ip̄m aūt nūc vt qđ fertur. vt vnitas numeri Et ꝯtinuum iam temp⁹ est ipsi nūc. ⁊ diuidit̄ ꝑm ipsum nūc Seq̄tur em̄ hoc ad loci mutatōem ⁊ ad id qđ fert̄. ⁊ mot⁹ em̄ ⁊ loci mu tatio vna est ab eo quod fertur. quia vnuз et non quodcū̄qз ens. Et nan̄qз deficiet sed aut ratione. et nan̄qз determinat priorem ⁊ posteriorem motum hoc. Sequitur autem hoc et quodammodo ad pūctum. et pūctum em̄ ꝯtinuat longi/ tudinem et determinat. Est em̄ huius quidem principium illius aūt finis. Sed cum sic quidem accipiat aliquis tan̄ quaз duobus vtens vno. necesse est stare si principium ⁊ fi nis idem pūctum erit. Ipsum autem nūc propter id quod mouetur quod fertur semper alterum est. Quare temp⁹ nu merus non sicut eiusdem pūcti. quare et principiū et finis. sed sicut vltima eiusdem magis ⁊ non sicut partes. ⁊ prop ter qđ dictum est. Medio em̄ pūcto tan̄qз duob⁹ vtetur. et

go quiescere accidit. Et adhuc manifestū ꝙ nulla pars ip/sum nunc tēporis est neqꝫ diuisio motus. sicut nec pūcta li nee. linee em̄ due partes vnius sunt. ꝭm quidem igit̄ ꝙ ē ter minus ipsum nūc non est temp⁹. sed accidit. ꝭm vero ꝙ nu merat numerus. Termini quidē em̄ illius solum sunt cui⁹ sunt termini. Numerus aūt qui est horum equorū decem ali bi et alibi est. Q quidem igitur tempus est numerus mot⁹ ꝭm prius ꝛ posterius non continuum continui nanqꝫ ma/nifestum est

Querit̄ Utrum nūc sit numerus alicuius quod fertur ꝭm ꝙ fertur ¶ Arguit̄ primo ꝙ nō. quia om̄is numer⁹ est diuisibilis. nūc autem est indiuisibile. ergo nūc nō est numerus. Scdo sic. quod fertur sicut mobile est quātum ꝛ diuisibile. ergo nūc qđ est indiui sibile non est numerus siue mensura eius. Tercio sic. mobile ꝑ suū mo/tum tempus mēsurat. sed nūc nō est pars temporis nec tempus. ergo non mensuratur ipso nūc Quarto sic. mensura rei temporalis est q̄ntitas. sꝫ nūc nec est q̄ntitas ꝯtinua nec discreta. ergo nō est mensura eius qđ fertur ꝭm ꝙ fertur. In oppositum est pħus in textu Pro rn̄sione.
¶ Sciendū p̄mo. ꝙ postq̄ pħus ostendit quid sit tempus. consequenter intendit determinare de ipso nūc temporis. ostendendo quid sit ꝛ qualiter se habeat ad tempus. ꝛ ꝭm hoc assignat aliquas ꝓprietates ipsius nūc Un̄ dicit ꝙ ipsum nunc est quodāmodo idem in toto tempore ꝛ quodāmodo⁹ diuersum. vnde est idem subiecto ꝭm essentiam. sed ꝭm esse successiuū ei⁹ est alterum ꝛ alterū. Qđ probatur sic. quia sicut motus insequitur mag nitudinem. ita tempus insequitur motum. ꝛ in vtroqꝫ reperitur p̄us ꝛ po sterius. ꝛ sicut se habet mobile ad motū. ita nūc ad tempus. sed mobile qđ fertur est vnuꝫ ꝛ idem subiecto in toto motu siue sit pūctum qđ suo fluxu causat lineam vel lapis vel aliquid aliud. ꝛ est alterū ꝛ alteruꝫ rōne ꝛ ꝭm esse. sicut diximus coruscū alterū esse in theatro ꝛ alterum in foro. ergo simi liter nunc in tempore est vnū ꝛ idem ꝭm essentiam. differens tn̄ ꝭm esse in q̄ntum fluit de priori in posterius ꝭm renouationem situs ipsius mobilis. qđ in spacio fertur de priori in posterius. ¶ Sciendū est secundo. ꝙ ꝑ ipsum nūc habet mensurari ꝛ cognosci ipsum tempus. Rō est. q2 vnum qđqꝫ habet mensurari ꝛ cognosci per illud per quod habet esse. ꝛ ꝑ illud qđ est maxime notum sui generis. sed nūc est maxime notuꝫ in tempore. ergo per ipsum nūc habet mensurari ipsum tempus ꝛ notificari Etiam motus habet notificari per mobile. ꝛ loci mutatio per illud quod fertur. scꝫ mobile quod est hoc aliquid. motus aūt non. ideo mobile est notius ipso motu. et habet notificare motum. Est etiam causa motus per hoc ꝙ supra magni tudinem renouat situm de priori in posterius ¶ Sciendum tercio ꝙ illud quod fertur potest dupliciter considerari. Uno modo ꝭm ꝙ est sub propria forma. Alio modo prout est agens motum per hoc ꝙ fertur in spa

eiđ de priori in posterius. ⁊ stat sub forma motus primo modo non men-
suratur per ipsum nunc. sed sua simplici vnitate accepta sub ratione vni-
tatis. Secũdo modo adhuc dupliciter potest considerari. Uno modo in
quãtum est idem subiecto in tota renouatione situs. Et isto modo mensu
ratur vnitate mobilis inquantum mobile manet idem in toto motu secũ
dum substantiam. Alio modo inquantum variatur continue sm esse de
priori parte spacij in posteriorem. Et isto modo quantum ad fluxum con-
tinuum tempore mensuratur. Et pro quanto accipitur pro diuersis indi-
uisibilibus. quantum ad dispositionem sm quam est motus numeratur p
ipsum nunc. ¶ Sciendum est quarto. ꝙ sicut se habet illud quod fer
tur in eo quod fluxu suo causat motũ veniens de priori in posterius in spa-
cio. et distinguit partem motus precedentem a sequenti. ita nunc se habet
ad ipsum tempus quod fluxu suo per hoc quod est accidens ei quod fer-
tur inquantum huiusmodi distinguit partes temporis. scilꝫ preteritum a
futuro. sicut enim punctus fluxu suo causat lineam manens vnus ⁊ idem
sm substantiam. variatus tamen sm esse quo ad positionem in continuo.
ita se habet nunc ad tempus. ¶ Conclusio prima. Nunc est nume-
rus eius quod fertur. Patet quia sicut se habet mobile ad motum. ita nũc
ad tempus. ergo per locum a transmutata proportione sicut se habet tem
pus ad motum. ita nunc ad mobile. sed tempus est numerus motus. ergo
nunc est numerus eius quod fertur sm ꝙ fertur. non tamen est intelligen-
dum ꝙ nunc sit numerus qui sit quantitas discreta. sed est quodammo-
do numerus materialis si plura capiantur copulatiue secũdum ꝙ sunt al-
tera et altera secundum esse. ⁊ correspondent mobili accepto sub diuersis
indiuisibilibus forme secundum quaꝫ est motus. quo modo habet nume
rum ⁊ pluralitatem. Et si tm̃ semel capiatur nunc vt correspondet mobi-
li accepto sub vno indiuisibili. hoc modo nunc habet rationem vnitatis et
non numeri. nisi solum in potentia. ¶ Conclusio secunda. Si non
sit tempus non est ipsum nunc nec econtra. Probatur per simile. quia si nõ
sit motus non erit quod fertur secundum ꝙ fertur. et ecõtra si non est id
quod fertur non erit loci mutatio. quia simul sunt motus ⁊ mobile inquã
tum fertur. et ipsum nunc se habet similiter in tempore sicut mobile in mo
tu. et sicut vnitas in numero. ergo simul sunt nunc ⁊ tempus

¶ Conclusio tertia Tempus habet continuari et etiam diuidi per
ipsum nunc. Patet quia motus continuatur per mobile inquantum ma-
net idem subiecto in toto motu. Et diuiditur per ipsum inquantum vari
atur secundum esse renouando situm de priori in posterius. ergo similiter
nunc diuidit ⁊ continuat tempus. Secundo punctus continuat line-
am inquantum est principium vnius partis et finis alterius. et etiam
diuidit inquantum variatur secundum esse. ergo similiter est de nunc re-
spectu temporis. Est tamen dissimile de puncto et nunc. quia pũctus est
permanens. ideo contingit vti vno puncto vt duobus. ipsum bis accipien
do. sed nunc non est permanens. ideo non contingit vti vno nunc vt duo-
bus. bis accipiendo idem nunc. quia semper fluit. Ex istis etiam patet dif
ferentia inter nunc et vnitatem. quia nunc continuat tempus. vnitas vero
non continuat numerum

¶ Conclusio quarta. Nūc non est aliqua pars temporis nec est tēpus Patz. quia sicut se habet pūctus ad lineam ita nūc ad tempus. sed pūctuz non est pars linee. ergo nūc non est pars temporis. Et hoc capiendo ipm nūc vt est terminus indiuisibilis ipsius tēporis. Sed si capiatur ipsum nūc vt est fluens ꝛ numerans motum. illo modo est tempus. et dicitur tota substantia temporis. Ex predictis trib9 conclusionib9 patent tres ꝓprietates ipsius nūc assignate in textu. etiam rōnes illarum.

Ad rōnes Ad primam patet solutio ex dictis. Ad secūdam dicitur ꝙ licet mobile quod fertur ſm se sit quantū et diuisibile. si tamen capiatur vt non variatuz ſm ꝑus ꝛ posterius in motu sic habet rōnem indiuisibilis. ꝛ illo modo mēsuratur ipso nunc Ad terciam patz solutio ex dictis. Ad quartā dicitur ꝙ licet nūc non sit quātitas in actu. est tamen principium q̄titatis ꝯtinue. ꝛ est q̄titas in potentia. Et hec de questione

Minimus aūt numer9 qui simpliciter quidem dualitas est Quidam aūt numerus est qui est quidē sicut est aut tanq̄ non. vt linee minima multitudine quidem est due aut vna. magnitudine quidē non est minima. Semper eñ diuiditur omis linea. quare similiter ꝛ tempus. Manifestū eñ q̄dem est ſm numerū vnū aut duo. ſm vero magnitudinem nō est Manifestum est aūt propter quod tardum ꝛ velox non dicitur. Multū autē et paucū ꝛ breue ꝛ longū. Scōm eñ quidē ꝙ continuū est ꝛ longum ꝛ breue. ſm aūt ꝙ numerus multū ꝛ paucum. velox autem ꝛ tardū non est. Neq3 eñ numerus quo numeram9 velox ꝛ tardus vllus est Et idē autem vbiq3 simul ꝛ prius ꝛ posterius non idem. quia ꝛ mutatio presens quidem vna facta autē ꝛ futura altera est Tempus aūt numerus est. nō quo numeramus. sed quod numeratur. Huic autem accidit prius ꝛ posterius semper alteruz Ipsa eñ nūc semper altera. Est autem numerus vnus q̄dez et idem qui est centum equorum. et qui est centum hominuz Quorum aūt numer9 alter est equi ab hominib9. Amplius sicut contingit motum esse eūdem et vnum iterum ꝛ iterum sic et tempus cōtingit. vt hyemem aut ver aut autūnum. Non solum aūt motum tempore metimur. sed motu tēpus propter definiri ad inuicem. Tempus quidem eñ determinat motum cum sit numerus ipsius. motus autez tempus Et dicimus multū aut paucū esse tempus motu mensurā/

tes sicut ⁊ in numerabili numerū. Numero quidē equorum multitudinem cognoscimus. Iterum aūt vno equo equorū numerū ipsum. similiter aūt ⁊ in tempore et in motu est. tēpore quidem eīm motum. motu autem tempus mensuramus Et hoc rōnabiliter accidit. Imitatur eīm magnitudinem q̄dem motus: hūc aūt tempus. eo ꝙ quātā ⁊ ꝯtinua sunt diuisibilia. propter quidem eīm magnitudinem esse hmōi motꝰ hoc sustinet. propter aūt motum tempus. ⁊ mensuramꝰ magnitudinem motu ⁊ motum magnitudine. Multa eīm dicimus esse viam si processus multus. Et hūc multū si via multa. Sit igiꝰ tempꝰ si motꝰ ⁊ motū si tempus

Querit Utrum tempus mensuretur motu. ¶ Arguitur primo ꝙ non. quia motus mēsuratur tempore. ergo nō econtra. Patet consequentia. quia tunc idem esset prius ⁊ posterius. notius ⁊ ignotius respectu eiusdem. ex eo ꝙ mensura debet esse prior ⁊ notior mensurato. Secūdo sic. ratio mensure est quantitati appropriata. ⁊ sic sibi soli conuenit. sed motus non est quantitas. ergo non potest mēsurare tēpus Tercio sic. tempus est mensura motus. sed mensure non est mēsura. al's procederetur in infinitum. ergo tempus non mensuratur motu.

In oppositum arguitur per philosophum dicentem. Non solum autem motum tempore metimur. sed motu tempus. Pro responsione

¶ Sciendū est p̄mo. ꝙ postq̄ phus ostendit quid est tempus declarādo eius definitionem. ⁊ etiam quid est nunc in tempore. ⁊ posuit ꝓprietates eius. Hic ꝯsequenter ex definitione temporis assignat ratōnes quarūdā ꝓprietatum que tempori attribuūtur. inferens p̄mo ex definitione temporis ꝙ tempus quātum ad actum eius qui est mensurare motum est quodāmodo discretum. quia in mensurando motum habet modū discreti. et ideo dicitur ꝙ tempus est numerus. sed quia non est numerus simpliciter sed numerus numeratus applicatus motui in quo partes sunt simpliciter continue ⁊ diuise s̄m quid. ideo tempus simpliciter est cōtinuū quātum ad eius substantiam. Tamen habet modū discreti quātum ad actum mensurandi. ideo s̄m quid est discretum. passiones discreti sibi attribuūtur. et silr̄ ter passiones ꝯtinui ¶ Sciendū secūdo. ꝙ in discreto est dare minimū simpliciter. ⁊ hoc est vnitas. vel minimū in genere numeri habens rationem numeri. vt est dualitas. sed in ꝯtinuo nō est dare minimū quod sit in genere ꝯtinui ⁊ habens rationem ꝯtinui. cum ꝯtinuū sit diuisibile in infinitum. ideo in tempore inq̄ntum discretū est potest dari minimū simpliciter. scz vnum tempus. ⁊ minimū in genere numeri. vt duo tempora vel due partes temporis. Sed isto modo non est in eo dare maximū. sed si ꝯsideretur tempus inq̄ntum ꝯtinuū ꝓpter diuisibilitatē eius in infinitū nō ē i eo dare minimū. Et hec est ꝓprietas p̄ma temporis. Secunda ꝓprietas temporis est. ꝙ tempus dicitur breue vel longū inq̄ntum est cōtinuū. quia breue

vel longum sunt passiones continui. Et dicitur multum z paucum inquā tum est discretum. quia ille sunt passiones discreti. sed nūquaz dicitur velox vel tarduz. quia nullus numerus siue formalis siue materialis dicitur velox vel tardus propter causam prius dictam. Tercia proprietas est tē pus simul existens est idem numero vbiqꝫ. id est respectu omniū que mouentur. quia non diuersificatur sm diuersa mobilia. est tamen diuersuz sm diuersas partes eiusdem motus sm quas accipiuntur p̄us z posterius in tempore. ideo tempus prius z posterius non sunt idem. Causa primi est. quia primus motus cuius tempus est primo z principaliter numer⁹ vn⁹ est. ideo etiam tempus est vnum. Ratio secundi est. quia pars illius motus que iam facta est altera est a futura. ergo similiter tempus preterituz alterum est a futuro. Et hoc ideo est. quia tempus non est numerus simpliciter. sed numerus alicuius rei determinate z prioris z posterioris in motu. z huic numero motus semper accidit alterum esse prius. z alterum esse posterius. sicut z motui. propter hoc ꝙ ipsa nūc inquantū se habent sm p̄ius z posterius semper sunt altera z altera. Si eñ tempus esset numerus simpliciter. tūc esset idem tempus respectu motus preteriti z futuri. sicut ē numerus vnus simpliciter respectu diuersorum numeratorum. vt centuz equorum z centum hominū. siue simul existant siue successiue. licet numerus numeratus sit diuersus. vt centum equi sunt aliud a centum hominib⁹. Quarta proprietas est ꝙ sicut cōtingit reiterari vnū z eūdem motū in specie. ita ꝯtingit reiterari vnū z idem tempus. z quia non reiteratur idez motus in numero sed in specie tm̄. ergo etiā nō reiteratur idem tēpus in numero sed in specie tm̄. vt ꝯtingit hyemē vel estatez reiterari sm spēm. ideo dicitur reiterari sm tempus. nō simpliciter sed sm quid. Quinta ꝓprietas est. ꝙ nō solum numeramus motum per tempus. sed etiam per motum. ꝓpter hoc eñ ꝙ ad inuicem accipiūtur oportet capere q̄ntitatem vnius sm q̄ntitatem alterius. Unde ꝙ tempus mensurat motū patz. q2 est numerus eius. vt dictū est. sed ꝙ ecōtra motus mensurat tempus. probat ph̄s p̄mo ꝑ simile de numero z numerato. quia quādoqꝫ numerū formalem ꝑ materialia cognoscimus. z aliquando ecōuerso numero formali cognoscimus multitudinē materialem. puta equoꝝ. et iterum vno equo per replicationem cognoscimus numerū equoꝝ. Similiter est in tempore z motu quia quandoqꝫ cognoscimus quantitatem temporis. et quantitas mot⁹ est ignota. z tunc tempore mensuramus motum. sed econtra dum q̄ntitas motus est nota z q̄ntitas temporis ignota ꝑ motum mensuramus tēpus. Secūdo probat ph̄us ꝑ simile de motu z magnitudine. quia sicut motus insequitur magnitudinem in quantitate z continuitate z diuisibilitate. ita tempus insequitur motuz. Sed magnitudinem mensuramus per motū et motum per magnitudinez. vt si motus fuerit multus dicimus viam fuisse multam vel econtra. igitur a simili per tempus mensuratur motus. et per motum tempus. vt dicimus tempus fuisse multum si motus fuerit multus. z motum fuisse multum si multum fuerit tempus

¶ Conclusio prima. tempus mensuratur motu a posteriori. z motus mensuratur tempore simpliciter a priori. Prima pars patet ex dictis. Secunda probatur. quia ratio mensure simpliciter et a priori conuenit illi q̄d

habet rationem q̄titatis per ſe. ſed tempus eſt per ſe quantitas ꝛ inſequitur motum. ergo menſurat ipſum a priori

Ad rōnes Ad primaȝ dicit̄. ꝙ nihil prohibet idem eſſe notius ꝛ ignotius ſeipſo ſm̄ diuerſas rōnes. ꝛ ſic tempus menſurat̄ motu tanq̄ aliquo notiori quo ad nos. ꝛ menſurat̄ tempore tanq̄ a priori ſimpliciter. Ad ſecūdam dr̄. ꝙ licet motus nō ſit p ſe q̄titas. eſt tamen q̄titas p accidens. ꝛ poteſt ſua q̄titas eſſe notior ratiōe q̄titatis magnitudinis q̄ ſit q̄titatis temporis Ad terciam dr̄ ꝙ mēſure accepte ſub ratione menſure nō eſt alia menſura. Sed menſure accepte materialiter q̄tuȝ ad id qđ ē poteſt eſſe alia menſura. ideo tēpus p̄t menſurari per motū ꝯſideratū. inq̄tum ſua q̄titas p q̄titatem magnitudinis eſt nobis notior q̄titate tp̄is. Et hec de queſtione

Quoniā aūt eſt tempus metrum motus ꝛ eius qđ eſt moueri. Menſurat aūt ſic motū in determinando quēdam motum quo menſurabit totum. ſicut longitudinē cubitus in determinando aliquam magnitudinē que metit̄ totum. Et eſt totū in tempore eē menſurari tempore ꝛ ipſuȝ ꝛ eſſe eius Simul em̄ ꝛ motū ꝛ eſſe eius menſurat. ꝛ hoc eſt ipſi in tempore eſſe menſurari ipſius eſſe. Manifeſtuȝ aūt q2 in alijs hoc ē in tempore eſſe. menſurari eſſe ipſorum ſub tempore. In tēpore em̄ eſſe duorū eſt alterū. vnū quidē eſſe tunc quando tēpus eſt. vnū autem ſicut quedam dicimus. quia in numero ſunt. Hoc aūt ſignificat aut ſicut partē numeri ꝛ paſſioneȝ et omnino qđ numeri eſt aliquid. aut qđ eſt ipſius numerus

Quoniā aūt numerus tempus eſt. ipſum q̄dem nūc ꝛ prius ꝛ quecūq̄ ſunt huiuſmodi. ſic in tempore ſunt. ſicut in numero vnitas ꝛ ſuperfluus ꝛ par Hec q̄dem numeri aliquid illa vero temporis aliquid ſunt. Res autem ſicut in numero in tempore ſunt. Si autem hoc eſt continentur ſub numero ſicut que ſunt in loco ſub loco. Manifeſtum autem eſt quoniam non eſt in tempore eſſe quando tempus eſt. ſicut neq̄ in motu eſſe neq̄ in loco quando locus eſt ꝛ motus Si em̄ erit quod eſt in aliquo. ſic omnes res erūt in q̄libet ꝛ celuȝ in milio: quando autem milium eſt. eſt ꝛ celum. Sed hoc quidem accidit. illud autem neceſſe eſt conſequi. ꝛ ei quod eſt in tempore eſſe quoddam tempus quādo ꝛ illud eſt. ꝛ ei q̄d eſt in motu eē tūc motū. Qm̄ aūt eſt ſicut in numero. in tempe accipietur ad plus tp̄s. omi eo q̄d eſt in tempore Unde neceſſe eſt omnia que ſunt in tempore contineri ſub tempore.

sicut alia quecunq; in alio sunt. vt que sunt in loco sub loco. Et pati iam aliquid sub tempore. sicut et consueuimus dicere. qr tabefacit tempus. et senescũt omia sub tempore et obliuiscitur ppter tẽpus. sed nõ didicit. neq; nouũ factũ est neq; bonũ. Corruptiõis em̃ causa per se est temp9. numer9 et em̃ motus est. motus aũt distare facit qd est. Quare manifestum est. quoniã que semp sunt scdm q semper sunt nõ sunt in tempore. Neq; em̃ continentur sub tempore. neq; mensurat esse eorũ sub tempore. Signũ aũt huiusmodi quoniaz neq; patiũtur nihil a tempore tanq; non entia in tempore. Quoniam aũt est tempus mensuratio motus. erit et quietis metrum scdm accidens. Omnis em̃ quies in tempore. Non em̃ sicut qd motuz est necesse moueri. sic et quod in tempore est Non em̃ motus tempus est sed numerus motus. In numero aũt motũ contingit esse et quiescens. Non em̃ omne ĩmobile quiescit. sed priuatum motu aptũ autẽ natũ moueri. sicut dictũ est in priorib9. Esse aũt in numero est esse quẽdam numerũ rei. et mensurari esse ipsius numero in quo est. Quare si in tempore et sub tempore est: Mensurabit autem tempus quod mouetur et quiescens. scdm q hoc quidem motum illud autem quiescens Motum em̃ ipsorum et quietẽ mensurabit scdm q quanta quedaz. Quare quod mouetur nõ simpliciter erit mensurabile sub tempore scdm q quantum aliquid est: sed scdm q motus ipsius quantus Quare quecunq; neq; mouent neq; q̃escunt neq; sunt in tempore In tempore em̃ esse est mensurari tempore Tempus autem motus et q̃etis mensuratio est Manifestum igitur quoniaz neq; qd non est omne in tempore erit. vt quecunq; non contingit aliter. sicut dyametron lateri symetron Omnino em̃ si mensura est tempus motus per se. aliorum aũt scdm accidens Manifestum est q quorũ esse mensurat his omnibus inerit esse et in moueri et quiescere Quecunq; quidem igitur generabilia et corruptibilia sunt et omnino que aliquãdo quidem sunt aliquando autem non sunt. necesse est in tẽpore esse Est em̃ quoddã tempus plus qd excellit esse ipsorũ et mensurat substantiam. Ipsorum autem que non sunt quecũq; cõtinet

tempus. Alia quidem erant. vt homerus aliquando erat. Alia vero erunt in futurorum aliquid vtrumque continet. Et si ad ambo vtraque. et erant et erunt. Quorum autem non continet. nequaque neque erit. neque est. neque erat. Sunt autem huiusmodi eorum que non sunt quorumcunque opposita semper sunt. vt asymetron esse dyametron semper est. et non erit hoc in tempore. ergo neque symetron Unde semper non est. quia contrarium est ei quod semper est. Quorumcunque autem non semper est contrarium. Hec autem et possunt esse et non esse. et est generatio et corruptio ipsorum.

Queritur Utrum tempus sit mensura motus et quietis mobilium et quiescibilium. Et arguitur primo quod non. quia que non sunt non mensurantur tempore. sed quies non est cum sit priuatio motus. ergo non mensuratur tempore Secundo sic. si tempus esset mensura mobilium vel esset aliquorum tantum vel omnium. non primum. quia non est maior ratio de vno quam de alio. nec secundum quia corpus celeste cum excellat a tempore nec sub tempore patiatur non mensurabitur tempore In oppositum est philosophus in textu. pro responsione est. Sciendum primo. quod postquam philosophus ostendit quid sit natura temporis et etiam ipsius nunc et assignauit rationes proprietatum vtriusque determinando de ipsis absolute. Consequenter agit de ipsis per comparationem ad ea que sunt in ipsis ostendendo. primo quid sit esse in tempore. secundo quid sit esse in nunc. et tercio declarat aliqua dicta superius scilicet quomodo tempus est causa corruptionis. et quod omnis motus est in tempore et adhuc circa primum ostendit qualiter motus et alie res sunt in tempore postea vero que dicuntur esse in tempore. Sciendum secundo. quod tempus mensurat sic motum. quia primo mensurat vnam partem eius et per eam mensuratam mensurat totum motum per replicationem illius partis motus. quia vt dicitur quarto metaphysice oportet vnumquodque mensurari per aliquid sui generis sicut per tempus vnius hore mensuramus motum factum in hora et per illum motum sic mensuratum mensuramus motum diurnum et iterum per replicationem illius motus mensuramus tempus vnius anni et sic consequenter sicut per quantitatem vnius vlne mensuramus vnam vlnam panni et per replicationem eius totum pannum. ideo male dixerunt antiqui quod totus motus celestis mensuratur primo toto tempore quia quantitas totius temporis est nobis eque ignota sicut quantitas totius motus. Sciendum tercio. quod tempus aliter mensurat motum et alia temporalia. quia est mensura motus et quantum ad id quod est et quantum ad suum esse hoc est quantum ad durationem. sed alie res a motu mensurantur tempore quantum ad suum esse et durationem in tempore et non quantum ad id quod sunt. quia quantum ad id quod sunt magis mensurantur ipso nunc temporis Ex his patet quod motum esse in tempore est ipsum et suum esse tempore mensurari. Secundo patet. Quod alias res esse in tempore est ipsas secundum esse tempore mensurari. Tercio patet. quod esse in tempore nihil aliud est quam quadam parte temporis mensurari. quod probat philosophus quia esse in tempore potest solum intelligi duobus modis. Uno modo quod sit esse quando tempus est. Alio modo vt sit esse in tempore vt in numero. Et hoc dupliciter. quia vno modo aliquid est in numero quia est aliquid ipsius numeri vel principium vel pars vel passio eius vt vnitas par impar superfluum et similia dicuntur esse in numero. Alio modo aliquid est in

numero vt in quodã numerante ꝛ mensurante quãtitatẽ eius ꝛ ꝑmo modo res nõ possit dici esse in tempore qꝛ sequeret ꝙ quelibet res esset in qualibet re. Et celum in grano milij. quia celũ est quando granũ milij est. Iterũ accidit alicui rei esse quãdo alia est. sed temp⁹ nõ accidit motui. imo necessario sequit ipm. Ergo esse in tempore nõ est esse quando tempus est. Nec põt dici scđz. quia illo modo prius ꝛ posterius sunt in tempore. sed motus ꝛ alie res dicũtur esse in tempore tercio modo. non sicut aliquid ipsius temporis. sed quia sunt in eo vt in numero mensurante esse vel duratiõem rei temporalis. Et hec res mobiles ꝫm ꝙ referũtur ad motũ sunt in tempore quia ꝫm quãtitatẽ motus eaꝝ tempore mensurant.

Conclusio prima. Necessaria ꝛ ea que sunt semper inqꝫtũ semp sunt nõ sunt in tpe. Pro cui⁹ ꝓbatõne phs ꝑmo supponit ꝙ oportz omẽ qđ est in tempore cõtineri ꝛ excelli a tempore. quia esse in tempore est esse in numerante sed in omni illo qđ est in numero potest accipi numer⁹ maior. ꝗ pt accipi temp⁹ maius illo qđ est in tpe. Secũda suppositio est ꝙ oportet ea que sunt in tpe aliqđ pati a tempore. ꝓbat phs ex cõmuni modo loquẽdi. quia consueuim⁹ dicere ꝙ tpe contabescũt omnia ꝛ oĩa sub tpe senescunt. ꝛ in tempore fit obliuio. Et causa est qꝛ tempus est numerus motus. sꝫ motus facit distare rem a dispositõne in qua prius erat. ergo tempus per motum magis est causa corruptõnis q̃ generatõnis ꝛ obliuionis q̃ scientie. Et ne credat ꝙ cõtraria hoꝝ cõueniant tpi dicit phs. Qꝛ nullus didicit neqꝫ nouũ factũ est neqꝫ bonũ propter tempus. Tunc ꝓbatur cõclusio. Quecunqꝫ sunt in tempore continent ꝛ excedũtur a tpe ꝛ aliqđ sub tẽpore patiũtur. sꝫ ea q̃ semp sunt ꝫm duratõem eoꝝ cũ illa sint infinita nõ excedunt a tpe nec patiũtur sub tpe. qꝛ nihil amittũt sub tempe ꝑterito etiã aliquid non acquirunt sub futuro. ergo illa non sunt sub tempore.

Conclusio secunda. Tempus est mensura motus ꝛ quietis mobiliũ ꝛ quiestibiliũ. ꝓbat phs. qꝛ non est necesse moueri omne qđ est in tpe. cũ tps nõ sit motus sed numer⁹ eius sed cõtingit esse in numero motus nõ solũ id qđ mouet sed etiã qđ nõ mouet. ꝗ nõ solũ illa q̃ mouent actu in tpe sunt. sed etiã illa que quiescũt. Iterũ nõ omẽ imobile đr quiescere sꝫ solũ illud qđ ẽ ꝑuatũ motu ꝛ põt moueri. ꝗ cũ esse quiescẽtis qđ ẽ eẽ rei mobilis sit ĩ tempore sequit ꝙ esse rei quiescẽtis mensurabit tpe. ꝛ ꝓ ꝯñs nõ solũ tps est mensura mot⁹ ꝛ mobiliũ sed etiã quietis ꝛ quiescibiliũ motus tñ de ꝑ se ꝛ quietis de ꝑ accñs Nam quiescẽs mẽsurat tpe nõ iqꝫtũ quiescens sꝫ inqꝫtũ mobile. ꝛ sic tps mensura est horuꝫ non inqꝫtum sunt homo equus vel lapis. sed inqꝫtum quiescũt vel mouent ꝛ adhuc nõ mensurant tempore ꝫm ꝙ quãtitas aliqua ꝑcipit ꝑ temp⁹. Sed qꝛ per temp⁹ percipit quãtitas motus ꝛ quietis ꝛ nõ q̃titas hoĩs vel equi. ergo tempus nõ mẽsurat ista nisi inqꝫtum mouentur ꝛ quiescunt. Ex istis infert phs primo ꝙ quecunqꝫ non mouent vel quiescunt non sunt in tempore. cum tempus nõ sit mẽsura nisi illoꝝ que habent motum vel quietem Secundo infert ꝙ entia impossibilia non mensurantur tempore nec sua opposita. que sunt necessaria. quia illa non mouentur neqꝫ quiescunt cum non contingit ea aliter se habere.

Tercio infert q generabilia z corruptibilia sūt in tpe. Quarto infert q nō entia que tū sunt possibilia sunt in tpe qz inter ea quedā fuerūt ī pterito vt homerus z quedā erūt in futuro vt antixps.

Ad rōnes ante oppositū. Ad primā dicit q licet quies non sit ens ꝑm se est tamē ens per accidens sicut z qlibet priuatio z ideo mensurat per accidens p mensurā sui habitus qz eadem est mensura oppositoꝝ vnius est per se z alterius p accidens Ad secūdā dicit q tps est mensura cuiuslibet mobilis corruptibilis z qntum ad durationem z qntū ad motū eius sed mobilis incorruptibilis tps nō est mensura qntum ad duratōnem nec qntum ad id qđ est. Sed qntum ad motū localem eius sic q quantitas motus tempore mensurat.

Ipsum aūt nunc est ꝯtinuatio temporis vt dictū est prius Continuat em̄ tempus pteritū z futurum. z oīno termin9 tpis est. Est em̄ hui9 quidem principium illius aūt finis. Sed hoc non sicut z linea in puncto manente manifestū. diuidit aūt potentia. Et inqntum quidem hmōi est. semper alterū est ipm nunc Inqntum autem copulat. semper idē est. sicut et in mathematicis lineis. Nō em̄ semper ideo punctum intellectu est. Diuidentiū em̄ semper aliud est. Scđm aūt q copulat vnū idemqz penitus est sicut ipm nunc. Aliud quidē temporis diuisio ꝑm potentiā est. Aliud aūt terminus vtroꝝqz et vnitio Est aūt idē z ꝑm idem diuisio z vnitio. esse aūt non idem est. Hoc quidē igitur sic dicit ipoꝝum nunc. aliud autē cū tempus qđ est hui9 prope sit veniet nunc. quia hodie veniet. venit z nunc. quia hodie venit Sed in ilion facta non sunt nunc. neqz diluuiū fatum est nunc. tamen tempus continuū est. sed quia nō est prope. Ipsum aūt nunc temp9 determinatū per prius nunc est. vt tunc destructa est troya et tunc erat diluuiū. Oportet em̄ includi ad ipm nunc. Erit em̄ qntum ad aliquod ab hoc tpe in illud. z erit ad pteritū. Si vero neqz temp9 est. qđ nō sit nunc. omne erit temp9 finitū. Aut ergo deficiet. aut non. Si quidem semp est motus. Aliud igitur aut idem multotiens. Manifestū quoniā. z vtiqz sicut motus. sic z tempus est. Siquidem em̄ vnus et idem sit motus aliquando erit z tempus vnū et idem sin autē nō. nō erit. Qm̄ aūt ipm nunc principium et finis est. sed non. sed preteriti quidem finis

principiũ aũt futuri habebit. sicut circulus quodãmodo. et in eodẽ ambitum ꝛ planũ. sic ꝛ tempus sp in principio ꝛ fine Et propter hoc videtur semper alterũ. Non em̃ semper eiusdem principiũ ꝛ finalitas ipm nũc Simul em̃ ꝛ ꝑm idẽ opposita essent. ꝛ non deficiet itaqꝫ. semper em̃ in principio est Ipsum aũt iam prope est presenti athamo nunc pars futuri tpis Quando vadet. iam qꝛ prope est temp⁹ in quo futurũ est ꝛ ꝑteriti tpis qđ nõ procul est ab ipo nunc Quãdo vadis iam ivi. Ilion autez destrui iam nõ dicimus. qꝛ procul multũ est ab ipso nunc Ipsum aũt modo prope presenti nunc est pars preteriti Quando venit modo si sit tempus ꝓximũ ꝑsenti nunc. Olim autẽ qđ procul. Repente aũt quod insensibili tpe est propter paruitatez Mutatio aũt omnis a natura remotiua est. In tẽpore aũt omnia fiunt ꝛ corrũpunť Unde ꝛ alij quidã sapientissimũ dicebant. Pictagoric⁹ autem paron penitus indisciplinabile. qꝛ obliuiscunť. in hoc rectius dicẽs Manifestũ igitur qm̃ corruptõnis magis erit per se causa q̃ȝ generatõnis sicut dictũ est prius. Destructiuũ autẽ mutatio per se est Generatõnis autẽ ꝛ ipius esse est ꝑm accidens Signũ aũt sufficiens. quia fit quidẽ nihil. nisi moueat ipm quodãmodo ꝛ agat Corrũpũtur aũt cuȝ nihil moueatur Et hanc maxime solemus dicere sub tempore corruptionem Atuero neqꝫ hanc tempus facit. sed accidit in tempore fieri ꝛ hanc mutatõnem. Quidem igitur tempus est et quid est. ꝛ quot modis dicit ipm nunc ꝛ quid modo ꝛ q̃d iam. ꝛ quid olim ꝛ quid repente dictũ est.

Is aũt nobis sic determinatis manifestũ est ꝙ omnẽ mutatõnem et om̃e qđ mouetur necesse est moueri in tempore. Uelocius em̃ et tardius dicimus ꝑm omnẽ mutatõem In oĩbus em̃ sic videť Dico aũt velocius moueri prius transmutans in subiectũ ꝑm idem spaciũ et quod ꝑm regularẽ motum moueť. vt in loci mutatõne. si vtraqꝫ ꝑm circulatõnẽ mouenť. aut vtraqꝫ ꝑm rectum. similiter aũt et in alijs Atuero prius in tempore est Prius enim et posterius dicimus. ꝑm ad ipm nunc distantiã Ipsum aũt nũc termin⁹ ꝑteriti ꝛ futuri est Quare qm̃ ipsa nunc in tẽpore

ſunt ꝛ ꝑus ꝛ poſterius in tempore erũt. In quo em̄ ē ipſuꝫ et ipſius nũc diſtantia. Contrario aũt prius dicit̄ ꝛ ſm̄ preteritum tempus ꝛ futurum. In preterito quidem em̄ prius dicimus quod longius eſt ab ipſo nũc. poſterius autem et qđ prope ē. In futuro autem prius q̄dem quod propinquius ē ipſi nunc. Poſterius aũt ꝛ quod procul. Quare quoniaꝫ prius in tempore eſt. et ad omnem autē motum ſequitur prius Manifeſtũ ē ꝙ om̄is mutatio ꝛ mot⁹ oīs in tempore eſt.

Querit̄ Utrum tempus ſit magis cauſa corruptionis q̄ȝ generationis. ꝛ obliuionis q̄ȝ ſcientie. ¶ Arguit̄ ꝑmo ꝙ nō. quia ſicut aliquid in tempore corrumpitur ita aliquid in tempore generatur. ergo tempus eſt cauſa generationis ſicut et corruptionis. Secũdo ſic. generans per motum intendit inducere formam in mobili ꝛ ꝑfectionem eius. nec intendit formam ab eo remouere niſi per accidens. cuꝫ ergo tempus ſit numerus motus ſequitur ꝙ eſt magis cauſa generatōnis q̄ȝ corruptionis. Tercio ſic. ſapientia ꝛ prudentia requirunt magnā experientiam. ſed illa non poſſunt haberi ſine magnitudine temporis. ergo tēpus eſt cauſa ſcientie. In oppoſitũ eſt pħus in textu. Pro rñſione.

¶ Sciendum eſt primo. ꝙ poſtquā determinatum eſt de tempore ꝑ reſpectum ad ea que ſunt in tempore. Hic conſequenter pħs determinat de ipſo nunc diſtinguendo ſignificatiōem eius. ꝛ oſtendendo ſignificationes aliquorum que ipſo nunc terminautur. Et cōſequenter oſtendit veritatem duorum que preſuppoſuerat. ſcꝫ ꝙ tempus eſt magis cauſa corruptionis q̄ȝ generationis. ꝛ ꝙ omnis motus ꝛ mutatio ſunt in tempore

¶ Sciendum ſecũdo. ꝙ ipſum nũc poteſt dupliciter capi. Uno modo proprie prout eſt quoddam indiuiſibile temporis. ꝛ hoc modo eſt continuans partes temporis ꝛ ſm̄ potentiam diuidens. alia tamen ratione diuidit. ꝛ alia continuat. quia prout accipitur vt vnum quod eſt finis preteriti et principium futuri ſic continuat. ſed cum accipit̄ ſeorſum vt eſt finis vnius partis et principium alterius non conſiderando ipſum vt eſt vnum ꝛ idem. iſto modo diuidit. Eſt tamen idem nunc indiuiſibile ſm̄ ſubſtantiā quod continuat preteritum cum futuro et etiam diuidit. Secũdo modo accipitur vulgariter ꝛ pro paruo tempore propinquo preſenti nunc indiuiſibili ſiue in preterito ſiue in futuro. vt cum dicitur venit nunc. quia venit hodie. ꝛ veniet nũc quia venit hodie. Sed non dicimus ꝙ diluuiũ ſit nũc factum. Et ſunt realiter idem nũc ꝛ inſtans. Sed differunt ratione. quia nunc nominat ipſum indiuiſibile temporis abſolute. inſtans vero nominat ipſum nunc vt eſt in continuo fluxu. prout ꝯtinue eſt alterum ꝛ alterũ nunc in tempore. ideo dicitur inſtans quaſi non ſtans ¶ Sciendũ tercio. ꝙ tũc ſignificat tempus determinatum et aliquod prius preſenti nũc. et ſic importat tempus preteritum ſiue ſit ꝓpinquũ nunc ſiue remotum. vt dicimus tunc deſtructa eſt troya. Sed iam dicit tempus determinatum ad preteritum vel futurum. qđ eſt ꝓpinquũ preſenti nunc. vt dicimus iam

fuit vel iam ibit. sed non dicimꝰ iam destructa est troia. Sed mō dicit tempus preteritum propinquū presenti nunc. vt dicimꝰ modo iuit. Sed olim dicit tempus determinatum per preteritum remotum a presenti nūc. Et repente dicit tempus insensibile ꝓpter sui paruitatem. ¶ Sciendum quarto. ꝙ tam generatio q̃ȝ corruptio nō fiunt nisi in tempore. ideo quidā pictagorici attribuerūt generationes tempori ⁊ disciplinam dicentes tempus esse sapientissimū. quia generatio fit in tempore ⁊ etiam scientia. Sed quidam pictagoricus dictus Paron dixit ecōtra tempus esse penitus indisciplinabile ⁊ magis esse causam corruptionis q̃ȝ generationis. quia per longum tempus fit obliuio. nam illa que de recenti cognouimus manent in memoria. ⁊ ꝓpter diuturnitatē temporis elabūtur. vnde videtur ꝙ nullus dicetur effici sciens per tempus. ideo dicit phus ꝙ rectius dicit. Et cum ipso sit ¶ Conclusio prima. Tempus est magis causa corruptionis et obliuionis q̃ȝ generationis ⁊ scientie. Probatur ratiōe ⁊ signo. Ratione sic. quia tempus est numerus motus. ⁊ cum omnis motus ⁊ mutatio facit rem distare a suo principio. et sic remouet rem a naturali dispositione in qua prius erat. ergo motus semper est destructiuus de per se ⁊ nō generatiuus nisi de per accidens. qꝛ ꝙ acquirat͛ aliqua dispositiōe per motuȝ non est in ratione motus inq̃ȝtum huiusmodi. sed solum inquantum est instrumentum mouentis propter finem. ideo corruptio magis attribuit͛ motui q̃ȝ generatio. ⁊ per consequens tempori. sed generatio ⁊ esse magis attribuūtur generanti ¶ Signo sic. quia nihil videtur fieri nisi appareat aliquod agens extrinsecum. ⁊ tamen aliquid inuenitur corrumpi nullo apparente extrinseco corrumpente. ⁊ tūc talis corruptio tempori attribuitur vt cum aliquis senio deficit ex causa intrinseca corrumpente non manifesta deficit. Sed cum aliquis gladio occiditur. corruptio non attribuit͛ tempori quasi corrumpenti. sed quia in tempore fit corruptio. ergo cum in generatione generans semper sit. manifestum quia nihil percipitur a seipō generatio non attribuitur tempori. sed generanti. Sed in corruptione corrūpens non semper est manifestum. ideo corruptio aliquando attribuitur tēpori. non ꝙ tempus faciat corruptionem. sed qꝛ (vt dicit Arestoteles) corruptio fit in tempore ⁊ corrumpens latet. ideo sibi attribuitur

¶ Conclusio secūda. Omīs motus ⁊ mutatio est in tempore. Probat phus tripliciter. Primo quia omne velox vel tardum est in tempore. sed in omni motu vel mutatione reperitur velocius vel tardius moueri faciendo tamen comparatōem motuuȝ in velocitate ⁊ tarditate ꝯm motus eiusdem speciei. ergo omnis motus est in tempore. Secūda ratio. In omni motu et mutatione reperitur prius ⁊ posterius. quia omne mobile determinatur de priori dispositione in posteriorem siue ꝯm generationem siue renouationem situs. sed omne prius ⁊ posterius sunt in tempore. quia sumūtur per distantiam ad presens nunc temporis. tamen econuerso sumūtur prius ⁊ posterius in preterito et in futuro. quia in preterito ꝓus est qđ est longius a presenti nunc. et posterius quod est propinquius. ⁊ econtra dicitur de futuro. ergo omnis motus ⁊ mutatio est in tempore. Et si arguatur. de generatione substantiali ⁊ illuminatione mediȷ̈ que sunt mutationes et non sunt in tempore. Respondetur ꝙ sicut terminus temporis

non est tempus nec pars eius. ita dicitur de termino motus. Si ergo accipiatur generatio proprie non est motus nec pars eius. sed terminus motus. et sic non est in tempore nec in parte temporis. Et similiter dicitur de illuminatione medij que consequitur motum localem corporis luminosi. Si vero accipiatur generatio secundum esse vt est permixta alterationi. sic est successiua et in tempore sicut alteratio.

Ad rationes Ante oppositum. Ad primam dicitur. quod licet aliquid in tempore generetur hoc tamen non est ex parte motus. sed ex parte generantis. ideo non dicitur per se causa illius generationis sicut est per se causa corruptionis que per se causatur a motu quem tempus per se insequitur. Ad secundam et terciam patent solutiones ex dictis.

¶Dignum autem consideratione est et quomodo se habet tempus ad animam. et propter quid in omni videtur esse tempus et in terra et in mari et in celo. Aut quia motus est passio quedam vel habitus numerus existens. hec autem mobilia omnia. In loco enim sunt omnia. Tempus autem et motus simul sunt et secundum potentiam et actum. Utrum autem cum non sit anima. erit vbique tempus an non. Dubitabit vtique aliquis. Impossibile enim cum sit numerantem esse aliquem. impossibile et numerabile esse aliquid. Quare manifestum est. quia neque numerus. Numerus enim aut quod numeratur est. aut numerabile. Si autem nihil aliud aptum natum est quam anima numerare et anime intellectus. impossibile est tempus esse anima si non sit. Sed autem hoc quod vtcumque ens est tempus. vt si contingit motum esse sine anima. Prius autem et posterius in motu sunt. tempus autem hec sunt secundum quod numerabilia sunt. Dubitabit autem aliquis et qualis motus tempus numerus sit aut cuiuslibet. Et namque fit in tempore. et augmentatur et alteratur in tempore et fertur. Secundum igitur quod motus est sic est vniuscuiusque motus numerus. Unde motus simpliciter numerus est continui sed non cuiusdam. sed est nunc moueri vnum et aliud quorum vtriusque motus erit numerus. Alterum et alterum igitur tempus et etiam simul duo tempora equalia erunt aut non. Omne namque tempus vnum similiter et simul. specie autem et quod non simul. Si enim et hi sunt canes illi equi vero equales. vtrique autem septem idem numerus est. Si enim et motuum similiter terminatorum idem tempus est. sed hic velox fortassis. alius vero non. et alius quidem de loci mutatio est. hic autem alteratio. Tempus tamen idem est. siquidem et numerus equalis sit et simul alterationis et loci mutationis: et propter hoc motus quidem alteri sunt et seorsum sunt. tempus autem vbique idem. quia et numerus vnus et idem vbique est quod est equalium et simul.

Quartus liber.

Quoniam aūt loci mutatio ⁊ huius circularis. numerat᷑ aūt vnūquodq; vno quodam proximo vt vnitates vnitate equi vero equo. sic ⁊ tempꝰ tempore quodam finito. Mensurat᷑ aūt sicut diximꝰ tempꝰ. qꝛ motu. et motꝰ tempore Hoc aūt est qꝛ determinato motu et tempore mensurat᷑ motusq; q̄titas temporis. Si igit᷑ q̄d est primū mensura omniū proximorꝫ circulatio que regularis mensurat maxime. qꝛ numerus huiꝰ notissimꝰ est. Alteratio q̄dem igit᷑ neq; augmen/tatio non sunt regulares. Loci aūt mutatio est. Unde et videt᷑ tempꝰ esse sphere motꝰ. qꝛ hoc mensurant᷑ alij motus et tēpꝰ hoc motu. Propter hoc aūt et consuetū dici accidit Dicūt em̄ circulū esse humanas res et aliorū motum habentium naturalem et generationem et corruptionem. Hoc aūt est. qꝛ omnia tempore iudicant᷑ ⁊ accipiūt finem ⁊ principiū sicut si s̄m circulationem sit. Et tempus in ipsum videtur circulus quidam. Hoc autem iterū videtur ob hoc ꝙ huiꝰ lo/co mutationis mensura est. et mensurat᷑ ipm ab hmōi. Quare dicere esse rerū que fiunt circulū. dicere est tēporis eē quē/dam circulū: hoc aūt est qꝛ mensurat᷑ circulatione. Extra em̄ metrum nihil aliud videtur esse q̄ꝫ quod mensuratur sed aut multa metra totum. Dicitur autem recte ꝙ numerus q̄dem idem est ⁊ ouium ⁊ canū. si equalis vtriq; sit. Decem autem non idem. Neq; decem eadem sunt. sicut neq; trianguli ideꝫ qui est equilaterus et gradatus. ⁊ tamen eadeꝫ figura est. qꝛ vtriq; trianguli sunt. Idem em̄ dꝛ a quo nō differt differentia. sed non a quo differt vt triangulus a triangulo differentia differt. Alteri quidem em̄ trianguli sunt. a figura autē nō Sed in eadem diuisione et vna. Figura em̄ hec quidem ta/lis circulus. alia vero huiusmodi triangulus. Huiusmodi autem alia quidem equilaterum. alia vero huiusmodi gra/datum. Figura quidem igitur eadem. ⁊ hec triangulus em̄ est. Triangulus autem non idem est. Et numerus iam similiter. Non em̄ differt a numero differentia numerus horum Decem autem non idem est In quibus em̄ dicitur differūt hec quidem em̄ canes. alia vero equi. Et de tempore q̄dem ipso. et de circa ipsum ꝓprijs hac intentione dictū est.

Queritur Utrū sit tm̄ vnū temp⁹ oīm temporaliū. Arguit̄ pͥmo
ꝙ nō. qꝛ temp⁹ est numerus oīm motuū ꝛ mobiliū sed
numerus multiplicat̄ ad multiplicatōnē numeraliū. ḡ tempus multiplica
tur ad multiplicatōnem mobiliū. Secūdo sic. Tempus cōsequit̄ mo/
tum vt passio ꝛ mensura eius. sed passio multiplicat̄ ad multiplicatōnem
sui subiecti. ḡ tempus multiplicat̄ ad multiplicatōem mobiliū. Tercio sic
Si tm̄ esset vnū tp̄s hoc esset qꝛ cōsequit̄ pͥmū motū celi. sed hoc nō. quia
si sic tempus esset in celo sicut ille motus est in celo. sed ille mot⁹ ē in celo si/
mul expansus ꝑm oēs partes eius. ḡ plures ꝑtes tp̄is essent simul.
Quarto sic. si sic sequeret̄ ꝙ nihil ꝑcipientes de motu celi nihil ꝑciperent
de tempore si tempus esset tm̄ vnū ratōne pͥmi motus. ꝯsequēs est falsū
quia multi nihil ꝑcipientes de motu pͥmi celi ꝑcipiunt tempus eo ꝙ ꝑcipi
unt se mutari vel ꝑm corpus vel ꝑm imaginatōem vel intellectū. ḡ temp⁹
non est in pͥmo motu. In oppositū est phs in textu ꝓ rn̄sione est.
Sciendū pͥmo. ꝙ postq̄ phs determinauit de tempore ꝛ nunc ꝛ qua/
liter dicūtur aliqua esse in tempore. Consequenter in hoc vltimo capitulo
mouet ꝛ soluit tres dubitatōnes que possunt fieri circa tempus. Prima ē
de existentia temporis in oībus rebus scꝫ qualiter tempus videt̄ esse in ce/
lo in terra ꝛ in mari ꝛ in oībus his que in eis sunt. Respondet phs causaꝫ
esse. quia temp⁹ est passio motus vel habitus cuꝫ sit numerus eius sed hec
oīa mouent̄ potētia vel actu. eo ꝙ hec omnia sunt in loco q̄re oportet ꝙ in
omnibꝫ istis sit tempus. q̄a simul sunt temp⁹ ꝛ motus tam motus in actu
q̄ȝ in habitu ꝛ ꝑm potentiā. Secūda dubitatio est. vtrū si nō sit aīa erit
tp̄s. Et arguit̄ ꝙ nō. qꝛ si sit īpossibile numerātē esse impossibile est nume
rale esse. ꝛ ꝑ ꝯn̄s ip̄m numerū. sed nihil pōt numerari nisi ab aīa ꝛ adhuc
nisi aīa intellectiua. ḡ impossibile ē tp̄s esse si nō sit aīa. Rn̄det phus ꝙ si
nō est aīa nō ē temp⁹ vel si sit est vt qualecūq̄ȝ ens puta si cōtingat motū
esse sine aīa. qꝛ si fiat motus erūt pͥus ꝛ posterius ī motu. sꝫ ista ꝑm ꝙ sunt
numeralia sūt tp̄s. Et hoc sanct⁹ Thomas exponit. s. tp̄s esse sine aīa,
vt q̄dcūq̄ȝ ens id est tp̄s hꝫ esse extra aīam ꝑm q̄d ꝛ impꝑfectū qꝛ extra ani/
mā in actu de tp̄e nō est nisi nunc indiuisibile q̄d non est tp̄s nec ꝑs ei⁹. sed
tp̄s vt dicit capit suā totalitatē ꝑ cōꝑatōnē aīe nr̄e numerātis. que retinet
ꝑtes p̄cedētes cū seq̄ntibꝫ vn̄ sicut res numerate depēdēt a numerante sic
et numer⁹ eaꝝ ꝑ pͥus ꝛ posterius mot⁹ q̄ sūt numerata ꝑ tp̄s nō sūt in re
extra aīam sed in motu extra aīam non est actu nisi vnū indiuisibile con/
tinuans partes motus ad inuicem. Sed motus suā totalitatē capit ꝑ con
sideratōnem anime comꝑantis pͥorē partē mobilis ad posteriorē. Et sic
ꝑm Thomā ꝛ Auerro. dicit̄ ꝙ tēpus ꝑm esse impꝑfectū ꝛ q̄ȝtū ad suū indi
uisibile q̄d est nunc habet esse extra aīam. sed q̄ȝtum ad suū esse completuꝫ
et suā totalitatē solū est in anima. Sed aliter dōm est ꝑm Auicennā ꝛ Al/
bertū ꝙ tp̄s habet verū esse sue nature ꝓportionatū q̄d est esse successiuum
in rebus extra animā. sed q̄ȝtum ad esse appͥehensum per modū permanē
tis. ꝛ ad effectiuā numeratōnem habet solum esse in anima. ꝛ sic intelligit
Aresto. dictū suū. si non est anima non est tempus vel est vt q̄dcunq̄ȝ ens
scꝫ successiuū ꝛ in fieri. sicut est pͥmus motus quē tempus insequit̄. Unde
ꝑm istos ad numerare tria requirūtur. scꝫ materia numerata. numerus for

malis z anima effectiue numerans. z si nō sit anima numerans adhuc erit
numerus ƀm suū esse formale. z etiā materia numerata. sed ad esse rei i se
sufficiunt materia z forma. z sic materia z forma tempis sine anima repe
riuntur. ergo tempus habet esse reale extra aiam. Tercia dubitatio. cui⁹
motus tempus est numerus. Respōdent aliqui ꝙ tempus ꝑmo est nume/
rus cuiuslibet motus. nam oīe qđ fit in tempore fit. z omne qđ augmētat
et sic de alijs motibus. Sed esse in tempore est numerari tempore. g̃ erit ꝑ
mo numerus cuiuslibet motus. Sed hoc improbat phs. quia si temp⁹ sit
numerus cuiuslibet motus. sequit ꝙ duoꝝ motuū simul existentiū sit alte/
rum z alterū temp⁹. z vltra ꝙ duo tpa equalia simul sūt. sed hoc est impos
sibile. quia oīe tempus qđ est simul est tantū vnū in numero. sed id quod
non est simul nō est vnū tantū in numero. sed specie. qđ patet ꝑ simile quia
sicut numerus numeratoꝝ equaliū vt septē canū z septē vaccaꝝ est idē nu/
merus sic z motuū simul terminatoꝝ est idem tempus z equale. Sꝫ sep/
tem hoīm z septem equoꝝ est idem numerus. licet non sint eadem septem
quia nō differunt ꝑ differentias numeri. sed ꝑ differentias septenarij sicut e/
quilaterus z quadratus sunt eadem figura. sed nō idem triangulus. quia
nō differūt ꝑ differētias figure sed trianguli. Sed ꝓ vera solutōne huius
dubij supponit phs tres suppositōnes. Prima est ꝙ motus localis est pri/
mus omniū motuū. z inter motus locales motus circularis q̇ est regularꝭ
et vniformis est simpliciter primus. Secūda est. vnūqđꝫ mensurat vno
quodā ꝓximo sui generis vt vnitate vnitates z plures equi ꝑ vnū equum
Tercia est ꝙ temp⁹ mensurat motu z econtra.

Conclusio ꝑma. Motus circularis qui est regularis ē mensura omniū
motuū. patꝫ qꝛ ꝑmū in vnoquoqꝫ genere est mensura oīm sequentiū ꝑ se/
cūdam suppositōnē. sed motus circularis qui est regularis est prim⁹ z no/
tissimus oīm motuū ꝑ primā suppositōem. g̃ ille est mensura vnigenia alio
rum motuū. Conclusio secūda. Temp⁹ est ꝑ se ꝑmo mensura ꝑmi mo
tus circularis. z ꝑ ipm ē mensura oīm alioꝝ motuū. ꝓbat a signo. quia qui
dam dixerunt tps eē motū circularē celi. z hoc nō ē nisi qꝛ ē mēsura ei⁹. z ꝑ
ipm alia mēsurant. Itē aliq̇ dixerūt res mutabiles hr̄e quēdā circulū. quia
hec oīa in tpe ꝓducūtur z accipiūt finē z ꝑncipiū ƀm quādā circulatōnem
q̃re tps videt quidā circulus. Sꝫ hoc nō ē nisi qꝛ ē mēsura ꝑmi mot⁹ cir/
cularis Et etiā mēsurat ꝑ ipm z ex ꝯnti ꝑ illū motū ē mēsura alioꝝ motuū

Cōclusio tercia. tm̄ est vnū tps oīm tpaliū. pꝫ qꝛ accn̄s nō multiplicat
numeraliter. nisi ad multiplicatōeꝫ sui subiecti. Sꝫ tps solū ē in ꝑmo mo/
bili. vt in subiecto mediāte motu ei⁹. in alijs aūt solū ē vt in numeratis et
mēsuratis nō īmediate sꝫ mediāte motu ꝑmi mobilis. g̃ cū nō sint plures
ꝑmi motus seq̇tur ꝙ ē tm̄ vnū tps Iterū si tps multiplicat ad multiplica
tionē motuū cū sit sil' plures mot⁹ eq̄les. quoꝝ vn⁹ nō est ꝑs alterius seq̄t
ꝙ essent plura tpalia eq̄lia quoꝝ vnū nō eēt ꝑs alteri⁹ qđ ꝑus īprobatū ē.

Ad rōnes ante oppositū. Ad ꝑmā dꝛ ꝙ tps non ē ꝑma mē/
sura oīm motuū. sꝫ tm̄ ꝑmi motus. iō non oportꝫ
ipsum multiplicari ad multiplicatōem mobiliū z motuū. Et similiter di/
cetur ad secūdam Ad terciā dicit ꝙ q̄ntū ad partes extensionis motus
quas habet a mobili, plures partes possunt simul esse. sed loquendo de ꝑ/

tibus duratõnis quas habet ex renouatõne mobilis quo ad situm in spa-cio ille non possunt simul esse. Ad quartã dicit q motus celi vno modo pcipitur in se. Alio modo in suo effectu. Unde motus celi quia prim⁹ ē. est causa aliorum q2 ipo existēte non essent alij motus. ideo motus celi in quolibet alio pcipitur. vt causa in effectu.

Queritur Utrũ eternitas que est mensura esse diuini bene definiatur quãdo dicit q est interminabilis vite tota simul et perfecta possessio. Arguit primo contra presuppositũ. quia esse diuinũ est infinitũ. ergo est imensurabile. Iterũ. mensura certificat quãtitatē mensurati deus aũt non habet quantitatem. igit ꝛc. Iterũ mensura differt realiter a mensurato. sed eternitas non differt ab eterno. quia si sic essent plura eterna. Iterũ. sequeret q eternitas mensuraret esse diuinũ sicut tempus motum. sed hoc non cũ eternitas sit vnũ indiuisibile vno modo manens. Secũdo ar. contra quesitũ. Quia eternitas est quid positiuũ. ergo male definit per priuatõnem cum dicit interminabilis. Tercio sic duratio magis refert ad esse q̃ ad operatõnē. ergo male ponit vite. Quarto sic. omne totũ habet partes. sed in eternitate nõ sunt partes. ergo male dicitur tota. Quinto sic. plures dies nunq̃ simul sunt. sed in eternitate dicũt esse dies. ergo male ponit simul. Sexto sic. totum ꝛ perfectũ idem sunt ergo superflue additur perfectũ. In oppositũ arguit p Boetiũ ponentem illã definitõnem. Pro responsione ad quesitum.

Sciendũ est primo. q postq̃ determinatũ est de tempore. cõsequenter determinandũ est de eternitate. Et q̃uis perypotetici de ipa non determinauerunt. vel si sic ad nos non peruenit. tamen q2 tps ab euo. ꝛ euum ab eternitate profluxit. iuxta illud Boetij. qui tempus ab euo ire iubes conueniens fuit vt dicit Albertus post tractatũ de tempore aliqua dicere de eternitate. vt sciatur quid sit eternitas. ꝛ que sit pma radix ꝛ causa tpis.

Sciendũ est secũdo. q eternitas dicit multipliciter Uno modo dicitur spaciũ carens pncipio ꝛ fine priori ꝛ posteriori. ꝛ omni successione. eo q non mensurat rem que mutatur. sed rem que vno mõ stat nihil acqrens in futuro nec amittens in pterito. ꝛ iste ē pprius mod⁹ eternitatis de q̃ ē ad ppositũ. Scđo⁰ min⁹ pprie dr eternitas spaciũ rei imutabilis ꝑm oēm mutatõnē q̃ cũ hʒ pncipiũ sui eē. ꝛ h mõ nccaria dicũt eterna. Tercio adhuc min⁹ pprie dicit eternitas spaciũ variatũ nõ hñs principiũ neq̃ finē. ꝛ hoc mõ quidã posuerũt mundũ esse eternũ. lʒ ꝑm veritatē sit tpalis. q2 corpa que ī ipo sũt mouent ꝛ hñt prius ꝛ posterius. Quarto mõ dicit eternitas nõ spaciũ alicui⁹ esse. sʒ potius delectatio ꝛ possessio vite intellectualis que ꝑm eē perfectissimũ in deo reperit. Sciendũ tercio. q ysaac sic definit eternitatē pmo mõ captã q ē spaciũ ꝯtinuũ nõ interceptũ. q2 suũ totũ esse simul hʒ et pfecte ꝛ p cõtinuitatē intelligit indeficientiã eternitat vl carētiã termiorũ ꝛ p nõ interceptũ intelligit negatõem ꝛ posterioris ꝛ successionis. Sed Gilbert⁹ porritan⁹ definit eṫnitatē eē morã ꝯtinuã ñ inceptã. ꝛ p morã ñ dʒ itelligi q sit mora tpis. sʒ vocat mora ppt pmanētiã ei⁹ q2 ē indeficiens q̃ mora dr spaciũ ꝑm q ambit totũ ideficiēs. ꝛ dr spaciũ ꝯtinuũ. nõ q2 hēat ptes sic q̃titas ꝯtinua. sʒ q2 nũq̃ deficit nec vnq̃ defuit nec deest nec deerit

sed est semper stans ⁊ imutabile in seipso. ⁊ dicit nõ interceptã. q: nihil amittit in toto pterito. nec aliquid acquirit in toto futuro. ideo nõ est interceptio vel diuisio preteriti ⁊ futuri sicut in tpe. ꝓpter qd dicit Boetius q nunc semper stans ⁊ nõ mouens se facit eternitatẽ. ⁊ sic patet q ille due definitõnes non differunt nisi ꝑm vocem. q: qd vnus vocat spacium alius vocat morã. Sciendũ est quarto q eternitas dicit habere suũ esse simul et perfecte eo q eternũ est totum simul ⁊ perfecte q̃tum ad esse viuere ⁊ intelligere ⁊ nulla parte obumbrat nec recipit transmutatõnem vel vicissitudinem. sed ea que sunt in tpe sunt successiua que fluunt ab ipo eterno simul sunt sibi presentia ꝓpter quod omnia preuidet ⁊ pscit anteq̃ꝫ fiant. ⁊ per hoc differt tempus ab eternitate. quia licet temporalia simul sint q̃tuꝫ ad illud quod sunt. tamen habent prius ⁊ posterius sibi adiuncta. Et substãtie que sunt euiterne licet habeant suũ esse simul tamẽ in hoc q aliquid possunt volunt vel intelligunt non habent ipm perfecte simul. nec ita perfecte possident. non eĩn omnia sunt principia intellectib⁹ intellectualia ad que extendi pot est intellectus earum. sed potius continue illuminant a prima potentia. ideo habent quasdaꝫ vicissitudines in posse velle ⁊ intelligere. Tũc sit Conclusio pma. Definitio eternitatis Boetij est bene assignata. patet. nam quia eternitas est simplex ⁊ indiuisibilis ⁊ simplicia non cognoscimus nisi per abnegatõnem compositoꝝ ⁊ indiuisibilia per abnegatõnem partiũ. vt dicimus punctus est cuius pars non est. ideo in definitõne dicit interminabilis. vnde interminabile dicit in cuius duratõne non est finis aut principiũ. ⁊ tale est eternũ quod dicit extra terminos positum. Et deinde ponitur vite. quia duratio quo ad nos magis ad opatõnem refert q̃ ad esse. Et dicitur tota simul ad excludendũ tempus. quod nõ est totum simul. nec dicitur tota quia partes habeat sed quia nihil sui est extra ipsam Et additur perfecta. eo q ipm eternũ est perfectũ in esse posse ⁊ operari q̃ omnia simul habet. Et addit possessio quia illud dicit proprie possessum q̃ aliquis vtitur ad nutum suum ⁊ qd ab eo non auffertur ⁊ sic est de eterno et vita eius quia habet vitam a nullo alio dependentẽ. que ab eo penit⁹ auferri nõ põt. ideo dicit deus diues p seipm Et si q̃rat. ex quo eternitas nõ habꝫ prius nec posterius sed est tota simul quõ vere pterita vł futura deo attribuũtur. Aduertendũ q talia pdicata deo attributa denotant coexistẽtiã eternitatis ad tempus. ⁊ sic cũ dicit. deus est. sensus est q deus presenti tpi nõ deẽ. ⁊ deus fuit. q pterito nõ defuit. de⁹ erit. i. futuro nõ deerit

Ad rõnes Ad pmã dr q lꝫ esse diuinũ vt caret principio ⁊ fine sit infinitũ ẽ tñ finitissimũ sic q nihil sui ẽ extra ipm. ⁊ sic caret terminis. ita ⁊ eternitas. Ad scdam dr q lꝫ deus nõ habet q̃titatẽ molis hꝫ tñ q̃titatẽ ꝟtutꝫ q̃ se sic ꝯtinet. vt nũq̃ꝫ aliqd sui extra ipm extendat. ⁊ hec indeficientia sui stãs intra se mensurat eternitate. Ad terciã dr q nõ ois mẽsura drt realiter a mẽsurato. ſꝫ sufficit q differat rõne et sit notio: mẽsurato. ⁊ hoc mõ etnitas drt ab eterno. q: inq̃tũ hꝫ rõnem spacij indeficiẽtis dr eternitas. ⁊ inq̃tũ hꝫ eẽ totũ sil stans dr eternũ Ad q̃rtã dr q eternitas nõ mẽsurat eternũ. eo q nũc eius recipiat variatõnem sicut nunc tempozis. sed mensurat p modũ vnitatis stantis. ⁊ semp eodeꝫ modo ꝑmanentis. Ad alias patet solutio ex dictis.

Physicorum

Queritur Utrum sint tm̄ tres mẽsure duratõis realr̄ distincte.s. eternitas euiternitas ꝛ tp̄s. Arguit̄ pmo ꝙ nõ, q̇a due mẽsure distincte nõ pñt eẽ sil̄. sed iste tres mensure sunt sil̄. igit̄ ꝛc̄. Scd̄o sic euiternitas hꝫ prius ꝛ posterius vl̄ nõ. si sic tũc nõ differt a tp̄e si nõ. tũc nõ differt ab eternitate. g̊ nõ sũt tres mensure distincte. Tercio sic. nũc eternitatꝭ ꝛ nũc tp̄is nõ distinguũtur. g̊ nec eternitas ꝛ tp̄s. Añcedẽs pꝫ. quia vt dicit Boetius. sicut nũc fluens facit tp̄s. ita nũc stans ꝛ pmanens facit eternitatẽ. sꝫ idẽ subiecto est nũc stans ꝛ fluens. igit̄ ꝛc̄. In oppositũ ẽ phs et Boetius ꝛ aliȷ̄ expositores. Sciendũ pmo. ꝙ pdicte mensure in ordine ad mensuratũ se hñt in aliquo. silr̄ ꝛ in aliquo dissimiliter. est cm̄ ꝓportio in hoc. q̇a sicut eternũ est totũ sil̄ fm esse agere ꝛ posse nihil amittens in preterito nec acquirens in futuro. ita eternitas est tota simul. sicut patet ex ei⁹ definitõe. Silr̄ sicut euiternũ ẽ totũ sil̄ fm esse. ꝛ nõ fm posse ꝛ opari. imo acquirit p vicissitudinẽ in actõnibꝫ suis aliquas pfectõnes quas prius nõ habuit. ꝛ ita euiternitas fm aliq̇d est tota simul. ꝛ fm aliq̇d hꝫ prius ꝛ posterius sibi adiuncta. Silr̄ sicut tp̄ale non simul pticipat totũ suũ esse posse et agere. ita tp̄s nunꝙ est sil̄ fm esse. ꝛ ita sicut eternitas est mensura adequata eterni. ita euiternitas euiterni. ꝛ tẽp⁹ respectu tp̄alis. ꝛ in hoc iste mẽsure se hñt silr̄. Sed iste mensure dissimiliter se hñt in hoc ꝙ oĩe qd̄ mẽsurat̄ a tp̄e excellit̄ a tp̄e. sed qd̄ mensurat̄ eternitate nõ excellit̄ ab ea. sed ẽ penitus sibi adequatũ. Euiternũ ãt fm aliq̇d est sil̄ ꝛ fm aliqd̄ hñs prius et posterius. iõ fm aliq̇d euũ excedit euiternũ. fm aliud sibi adequat̄. ꝛ fm ꝙ excellit a quibusdã vocat̄ tp̄s. sicut dicit Augustin⁹ ꝙ spũalis creatura ꝓpter vices sue volũtatis ꝛ intellecus mouet̄ p tp̄s. ꝛ nõ p locũ. corpalis ꝓ p locũ ꝛ temp⁹. Sciendũ est scd̄o. ꝙ triplex distinguit̄ eternũ. quoddã ẽ eternũ p essentiã qd̄ est totũ simul fm esse posse ꝛ opari. ꝛ hoc ẽ vnũ tm̄. scꝫ pma causa que deus est. Alia dicũtur eterna p pticipatõem eterni vt sunt intelligentie ꝛ aĩe btẽ que cõtemplant̄ verꝫ eternũ. ꝛ pticipatõne glorie inmutabiles efficiũtur. ꝛ hec ꝓpria natura mutabilia sunt. diuina tñ volũtate sunt imutabilia. put dicit Plato in thimeo. O diȷ̄ deoꝝ quoꝝ opifex paterꝙ ego sum vestra dissolubilia natura. me tamẽ ita volente indissolubilia. ꝛ sub istis eternis ꝯtinent̄ quidã hoĩes diuini qui aliquid participantes in hac vita de cõtemplatõne diuina supra tempus quodãmõ efficiunt̄ ita ꝙ nõ pticipant motũ nec mutatõnẽ naturalẽ. hoc etiã mõ necessaria dicũtur eterna. siue sint incõplexa. vt corpa celestia. siue habeant necessitatem ex habitudine incõplexoꝝ ad inuicẽ. vt ꝓpositõẽs necãrie. ꝛ ista oĩa dicunt̄ eterna fm q̄ndã pticipatõeꝫ imutabilitatis. Alia dicũtur eterna nõ p participatõem veri eterni. sed p pticipatõem carentie terminoꝝ vt mot⁹ dr̄ esse eternus ab his qui ponũt motũ esse eternũ. ꝛ etiã pene infernales dicũtur eterne. qꝛ tñ fm veritatẽ ista nõ hñt mutabilitatẽ. iõ magis fm veritatem sub tp̄e ꝯtinent̄. ꝛ eternitas solũ vere ꝯuenit illi qd̄ est pmo modo eternum. Sciendũ est tercio. ꝙ eternitas est exemplaris causa euiternitatis et tp̄is. nã sicut euiternũ ab eterno dependet. ꝛ tp̄ale ab ambobꝫ. ita euiternitas ab euiternitate dependet. ꝛ tp̄s ab vtroꝙ qd̄ sic dicit Boetius O q̇ ppetua mundũ rõne gubernas. Terraꝝ celiꝙ sator qui temp⁹ ab euo ire iubes. stabilisꝙ manens dãs cuncta moueri. Cui⁹ dat exemplum. q̇a sicut

ens frequenter sub eo qđ semp̄ ē stat ⁊ ab eo deficit. ⁊ id qđ raro sub eo qđ est frequenter: ita euiternitas sub eternitate currit ⁊ ab ea deficit. Et tempus sub euiternitate. vñ eternitas est mēsura illius qđ est immutabile nec mutationi cōiunctū. Euiternitas vero est illius qđ nō est in se mutabile. tñ est mutabilitati cōiunctū. qđ īmediate dependet ab vero eterno. ⁊ per hoc ꝙ deficit ab eo distat. sed tempus est illius qđ est in se mutabile. ⁊ mutabilitati cōiunctū, qđ adhuc plus distat a primo. ⁊ ab eo plꝰ deficit ꝫ ⁊c.

Conclusio p̄ma. tm̄ sunt tres mēsure duratōnis realiter distincte. Probatur. nam oīs talis mensura mensurat esse alicuiꝰ rei. vel ergo rei que ē tota simul ꝓm esse posse ⁊ agere. ⁊ sic est eternitas. vel que est tota sil' ꝓm esse et nō ꝓm posse ⁊ agere. ⁊ sic est euiternitas. vel rei q̄ in oīb; hꝫ prius ⁊ posterius. ⁊ sic est tempꝰ. Vel sic oē ens vl' caret principio ⁊ fine. ⁊ sic est eternū vel habet principiū ⁊ nō finem. ⁊ sic est euiternū. vel habet vtrūq꜄. ⁊ sic ē temporale. Tamē hec distinctio est per accidens. q꜓ dato ꝙ mundus nō incepisset ⁊ nō haberet finē. adhuc esset res tp̄alis.

Conclusio secūda. Eternitas ē mēsura eterni euiterni ⁊ tp̄alis. ⁊ euiternitas euiterni ⁊ tp̄alis. Tempus vero temporalis tm̄. patet. q꜓ quicq̇d est mensura superioris est mensura inferioris ⁊ nō ecōuerso. verūtamē eternitas nō est adequata mensura euiterni ⁊ temporalis sed excedens. nec euiternitas tp̄alis. dicit̄ em̄ mensura adequata dum est ꝓportio esse mensure ad esse mensurati. vt motus est mensura rei temporalis. ⁊ dicimus motū tempore mensurari. quia successiuus est sicut ⁊ tempus. Ex ista cōpatōne eternitatis ad tp̄s per accn̄s cōtingit diuidere eternitatem p̄ partes. nō ꝙ hmōi partes sint ipius. sed spacij qđ est sub ipsa. vt qñq꜄ dicit̄ aliq̇d mille annis fuisse nō ꝙ in eternitate sint dies vel anni. sꝫ q̇a eternitas sub se cōtinet tempus annos dies menses ⁊c.

Cōclusio tercia. Nunc eternitatis differt real'r a nūc euiternitatis ⁊ tēporis. quia ille tres mensure sunt realiter distincte. ergo etiā nunc ipsarum Secūdo nūc tp̄is ē nūc fluens. q̇a ē mensura eiꝰ qđ fert̄ ꝓm ꝙ fert̄. sꝫ nunc eternitatis est nūc stans et p̄manens. q꜓ ē mēsura rei oīno īmutabilis.

Cōclusio quarta Nunc eternitatis differt rōne ab eternitate tm̄. patꝫ q꜓ dicit̄ nūc inq̄ztū adiacet vni indiuisibili stanti nihil amittens in p̄terito. nec aliq̇d acquirens in futuro. Sed eternitas dicit̄ spaciū vel mora indeficiens eterno. ergo rōne differunt.

Ad rōnes ante oppositū Ad primā dr̄. ꝙ due mensure eiusdē generis nō pn̄t esse sil' nisi vna sit p̄s alterius. sꝫ mēsure diuersoꝝ generū cuiusmodi sunt iste pn̄t esse sil'. Ad secūdā dr̄ ꝙ euiternitas ꝓm esse est tota sil'. hꝫ tamē prius ⁊ posteriꝰ sibi adiuncta ꝓm ꝙ in actōnib; euiterni sunt prius ⁊ posterius. Ad terciā dr̄ ꝙ nūc eternitatis et nūc tp̄is nō solū differūt. q꜓ vnū est stans ⁊ aliud fluens. sꝫ q꜓ sūt p̄ncipia mensurarū diuersoꝝ generū. Et hec de questione.

Explicit q̄rtꝰ liber physicoꝝ Aresto. Seq̇tur q̄ntꝰ liber physicoꝝ

Physicorum

In quinto libro partes motus tibi trado
Subiectas. vnitatem cõtrarietatẽ

Transmutatur autẽ transmutans omẽ. Aliud quidẽ ẜm accidens vt cũ dicim⁹ musicũ ambulare qm̃ cui accidit musicũ esse hoc ambulat. Hoc aũt in q̃ aliq̃d hm̃oi ẽ mutari et simpliciter & mutari vt quecũq3 dicũt ẜm ptes sanat em̃ corpus q̃a oculus aut thorax. hec autez ptes totius corpis sũt. Est aũt etiã aliq̃d. qđ neq3 ẜm accñs mouet. neq3 i eo ꝙ aliquid ipsius. sed in eo ꝙ ipm mouet primũ. Et hoc est ẜm seipm mobile. ẜm aũt aliuz motũ et aliũ alterũ ẽ. vt alterabile et alteratõnis sanabile. et calefactibile alteruz ẽ. Est autem ꝛ in mouente similiter. Aliud quidem em̃ ẜm accidens mouet aliud vero ẜm partẽ. in eo ꝙ huius aliqua. Aliud vero per se ipm primũ. vt medic⁹ quidẽ sanat manus aũt percutit. Quoniã autem est aliq̃d mouens primũ. Est aũt ꝛ aliud qđ mouetur adhuc in quo tempus. et preter hec ex quo ꝛ in quid. Omnes em̃ motus a quodaz ꝛ in quiddã. Alterũ em̃ est qđ primũ mouet ꝛ in qđ mouet. ꝛ ex quo. vt lignũ ꝛ calidũ ꝛ frigidũ. Hoꝝ aũt aliud quidẽ mobile est aliud vero in qđ. aliđ vero ex quo. Motus aũt manifestũ ꝙ in ligno non in specie est. Neq3 em̃ mouet neq3 mouet. species aut locus. aut quantum hoc. Sed est mouens quod mouetur. in id qđ mouet. Magis autem in quod q̃3 ex quo mouetur denominabitur mutatio. Unde corruptio in non esse mutatio est q̃3uis ex eẽ mutetur quod corrumpitur. Et generatio i esse q̃3uis ex nõ esse. Qui quidem igitur motus sit dictum est prius. Species ãt et locus et passiones in que mouent immobilia sũt vt sciã et calor. Et dubitabit aliq̃s si passiões mot⁹ sũt Albedo ãt ꝛ passio ẽ. erit em̃ i motu mutatio. ꝛ fortassis nõ ẽ albedo mot⁹ s3 albatio. Est ãt ꝛ i ill' ꝛ qđ ẽ ẜm accñs. ꝛ qđ ẽ ẜm ptẽ ꝛ ẜm aliđ ꝛ qđ pmo ẽ ꝛ ñ ẜm aliđ vt id qđ fit albũ i id qđ itelligit mutat ẜm accñs. Colori em̃ accidit itelligi in colorẽ aũt. q3

ps albũ coloris ẽ. ⁊ in europã. qꝛ ps europe athene sunt. In albũ aũt colorẽ p se. Quõ quidẽ igit̃ p se mouet̃. ⁊ q̊mõ ſm accñs. ⁊ quõ ſm aliud aliq̇d. ⁊ q̊mõ ipm ṗmuz in mouẽti et in eo qđ mouet̃. manifestũ ẽ ⁊ ꝙ mot⁹ nõ in specie. ſʒ ĩ eo qđ mouet̃ ⁊ mobili ſm actũ sit. Scđm q̇dẽ igit̃ accñs mutatio dimittat̃. In oĩbus eñ est ⁊ sp ⁊ oĩm. q̃ vero nõ ſm accidẽs est. nõ ẽ in oĩbꝫ. ſʒ in ꝯtrarijs ⁊ medijs ⁊ in ꝯtradictõe Hui⁹ ãt fides ex inductõne ẽ. Ex medio ãt mutat̃ vtitur eñ ipo. sicut qđ ẽ cõtrariũ ad vtrũqꝫ. Est eñ q̊dãmõ mediũ vltia. vñ et hoc ad illa ⁊ illa ad hoc q̊dãmõ dicũt̃ ꝯtraria. vt vox media. grauis ad vltimã. subtilis ad extremã. ⁊ fuscũ albuz ad nigrum et nigrum ad album.

Circa initiũ quinti libri physicoꝝ

querit̃ Utrũ motus sit subiectiue in forma siue in specie ſm quã est mot⁹. Arguit̃ ṗmo ꝙ sic. qꝛ mot⁹ ẽ q̇dã flux⁹ q̇ ẽ ĩ forma fluẽte. igit̃ ⁊c̃.

Scđo sic mot⁹ ẽ subiectiue ĩ eo qđ mouet̃. ſʒ forma ẽ illđ qđ mouet̃. qꝛ ẽ illđ qđ ꝯtinue variat̃ de esse impfecto ad pfectũ. g̊ mot⁹ ẽ subiectiue ĩ forma ſm quã ẽ mot⁹. In oppositũ ẽ phs in textu. Pro rñsione ad quesitũ.

Sciendũ ẽ ṗmo ꝙ postq̃ determiatũ ẽ de motu ſm cõem rõnem ei⁹. et de his q̃ ad cõem rõnẽ mot⁹ ꝯsequũt̃. vt sũt infinitũ loc⁹ ⁊ tps Cõseq̄nter p hus de ipo determinat diuidendo ipm in suas partes subiectiuas. et hoc in isto quinto in quo principaliter tria facit. Primo diuidit motuz in suas species ostendendo in q̇bꝫ p̄dicamentis sit p se mot⁹. ⁊ in quibꝫ nõ Scđo ponit rões q̄rũdã intentõnũ q̃ sũt vtiles ad ea q̃ postea dicent̃. Tercio agit de vnitate ⁊ ꝯrietate motuũ ⁊ qꝛ mot⁹ p accñs nõ hꝫ diuidi ĩ suas ptes subiectiuas. qꝛ infinitis mõis variat̃. ſʒ mot⁹ p se illo mõ hꝫ diuidi. iõ añq̃ phs diuidat motũ ĩ suas spẽs distiguit motũ p se a motu p accñs reiciẽdo motũ p accñs a sua ꝯsideratõne. Sciẽdũ scđo ꝙ triplicit̃ ꝯtingit aliqđ mobile moueri. Prĩo⁰ ſm accñs. vt dicim⁹ musicũ ãbulare. qꝛ subiectũ musici ãbulat. Alio⁰ aliq̇d mouet̃ ſm alteꝝ ⁊ gr̃a ptis. vt corp⁹ dr̃ sanari. qꝛ ocul⁹ vl' thorax. i. pect⁹ sanat̃. Terc.o⁰ aliq̇d mouet̃ p se primo sic ꝙ nõ p accñs neqꝫ gr̃a ptis vt alterabile ĩ motu alteratõis. Et silr̃s ẽ distinctio ex pte mouentis. nã aliq̇d mouet ſm accñs. vt music⁹ edificat. Scđo⁰ aliq̇d mouet ſm alteꝝ. vt hõ pcutit. qꝛ man⁹ ei⁹ pcutit. Tercio⁰ aliq̇d mouet p se ṗmo. vt medic⁹ sanat p se ṗmo. ſʒ ad videdũ quõ sit silr̃s distinctio mot⁹ ex pte termini ad quẽ Sciẽdũ tercio ꝙ in oĩ motu q̇nqꝫ reperiũt̃. s. mouẽs mobile ⁊ tps ĩ q̃ ẽ mot⁹. ⁊ duo t̃mĩ mot⁹. s. a q̊ ⁊ ad quẽ. qꝛ oĩs mot⁹ ẽ de q̊dã ĩ q̊dã. Et ꝙ mobile sit alteꝝ a t̃mĩo a q̊ ⁊ termino ad quem. vt lignũ quod calefit sit alterum a calido frigido. probat phus. quia mot⁹ est in ligno vt in subiecto. ⁊ non in aliquo terminoꝝ. quia motus vt in subiecto est in illo quod mouet̃. sed lignũ est illud qđ mouet̃ ⁊ termin⁹ a q̊ vel

ad quē q̄ eſt ſpēs ſiue forma nō mouet nec mouet̄. ergo mobile eſt alteꝝ ab vtroqꝫ terminoꝝ motus. ⁊ ſic tā ex pte mobilis ꝙ̄ terminoꝝ pt ſu⸗mi diuiſio motꝰ. Sꝫ qꝛ motus magis denoiatur a termino ad quē ꝙ̄ a termino a quo. eo ꝙ ꝑ motū acq̄ritur terminus ad quē. ⁊ aufert̄ termi⸗nus a quo. iō motus hꝫ ꝯuenientiā cū termino ad quē. ⁊ repugnantiā cū termino a quo. iō magis ſumit̄ diuiſio motus ex pte termini ad quē ꝙ̄ a quo. Quia etiā tp̄s eſt extrinſecū motui. iō ex pte tp̄is nō ſumit̄ pre⸗dicta diuiſio. ideo relinq̄tur ꝙ p̄dicta diuiſio ſolū ſumit̄ ex pte triū. ſ. mo⸗bilis mouentis ⁊ termini ad quē. Et ſi q̄ratur ex quo forma vel ſpēs vl̄ paſſio nō eſt id qđ mouet̄. vtꝝ poſſit dici motus. reſpondet Areſtoteles ꝙ nō qꝛ cū forma vel paſſio ſint terminus motꝰ ſeq̄retur ꝙ ad motū fie⸗ret motus qđ poſtea improbabit̄. iō forma. vtputa albedo nō eſt motus ſꝫ ip̄a albefactio cuius albedo eſt terminus. Conclusio p̄ma. Mo⸗tus ſufficienter diuidit̄ in motū ꝑ accn̄s ꝑ alteꝝ et ꝑ ſe. ꝓbat̄ cōcluſio ex pte mobilis. qꝛ illis tribꝰ modis aliqđ dr̄ moueri et ex pte mouentis. qꝛ illis modis aliq̄d dr̄ mouere. et ex pte termini ad quē. qꝛ motus termi⸗natur qn̄qꝫ ad aliq̄d ꝑ accn̄s. vt dealbatio ad id qđ intelligit̄. qꝛ accidit albedini intelligi. ſꝫ terminat̄ ad colorē ſm̄ alteꝝ. qꝛ albedo eſt ps colo⸗ris. ſꝫ ꝑ ſe terminat̄ ad albū colorē. Cōcluſio ſcđa. Motus nō eſt ſub⸗iectiue in forma ſm̄ quā eſt motus. ſꝫ in mobili. ptꝫ qꝛ motus eſt ſubiec⸗tiue in illo qđ mouet̄. ſꝫ mobile mouet̄ ⁊ nō forma. qꝛ ſolū illud mouetur qđ ꝯtingit eſſe tanq̄ꝫ id qđ eſt. ſed forma nō eſt niſi tanq̄ꝫ id quo aliq̄d ē. ergo motus eſt in mobili. vt in ſubiecto ⁊ nō in forma. Concluſio ter⸗cia. Mutatio ꝑ accn̄s nō hꝫ diuidi in ſuas ptes ſubiectiuas. ſiue ſumat̄ ex pte mobilis vel mouentis vel termini ad quem. ptꝫ qꝛ talis mutatio infinitis modis variat̄. eo ꝙ infinita vni accidunt. et indifferenter eſt in oīm̄bꝰ reſpectu oīm mobiliū. ſed infinita nō cadunt ſub arte. Conclu⸗ſio quarta. Motus ꝑ ſe hꝫ diuidi in ſuas ſpēs. ptꝫ qꝛ motus ꝑ ſe nō eſt in oīm̄bꝰ indifferenter ſed tm̄ in ꝯtrarijs vel in medijs quo ad motū ſuc⸗ceſſiuū. vel in ꝯtradictorijs quo ad ſimplicē mutatōem. ſꝫ ꝯtraria ⁊ con⸗tradictoria ſunt determinati termini. ergo motus ꝑ ſe ſm̄ ptes et illos terminos diuidi pt̄ et cadere ſub ſc̄ia. Et qꝛ mediū eſt quodāmō extre⸗ma inquantū vtrūqꝫ pticipat. et cōpatū ad vtrūqꝫ hꝫ rōnem vtriuſqꝫ vt fuſcū cōpatū ad nigrū hꝫ rōem albi. et ad albū hꝫ rōnem nigri. ideo po⸗teſt dici ꝙ oīs motus eſt inter ꝯtraria vel ꝯtradictoria

Ad rōnes Ad p̄mā dr̄ ꝙ fluxus motus nō differt ꝑ eſſen⸗tiam a forma fluente. ideo ille fluxus eſt in ſub⸗iecto qđ mouet̄. ſicut forma fluens. mobile aūt variat̄ ſm̄ illā formā de diſpoſitōne in diſpoſitōem. Et dr̄ forma fluens nō ſicut id qđ fluit ſed qꝛ ſm̄ ip̄am mobile fluere dr̄. Ad ſcđam dr̄. ꝙ forma nō eſt illud qđ variat̄ de eſſe imꝑfecto ad eē ꝑfectū ſꝫ ſolū eſt id quo mobile variat̄ ⁊ ip⸗ſum mobile variat̄ ſm̄ eſſe illius forme

Voniā aūt oīs mutatio eſt a quodā et in quoddā. mani⸗feſtat et vtiqꝫ hoc nomē. poſt aliud em̄ aliq̄d et aliud q̄dē ꝑus. aliud aūt mōſtrat poſteriꝰ et mutabit mutās quadrifarie

Aut em̄ ex subiecto in subiectū. aut ex subiecto in nō subiectū. aut ex nō subiecto i subiectū aut ex nō subiecto i nō subiectū Dico āt subiectū ex affirmatiōe mōstratū Quare necc̄e ē ex his q̄ dicta sunt tres eē mutatōnes. scz ex subiecto in subiectū. ⁊ ex subiecto in nō subiectū. ⁊ ex nō subiecto i subiectū Que em̄ ē ex nō subiecto in nō subiectū nō est mutatō. ꝑpter h̄ ꝙ nō est s̄m ꝯpositionem. Neqꝫ em̄ ꝯtraria neqꝫ ꝯdictio est. Ex nō subiecto quidem igitur in subiectum mutatio s̄m contradictionem generatio est. Alia quidem igitur simpliciter simplex. Alia vero quedam cuiusdam. vt ex nō albo in album generatō quidem huiusmodi est. Que vero ex nō esse simpliciter in substantiam est generatio simplex est s̄m quam fieri et nō fieri simpliciter dicimus. Que vero ex subiecto in nō subiectuꝫ corruptio est. Simpliciter quidem que ex substantia in nō esse est Quedam autem est que est in oppositam negatōnem sicut dictum est in generatōne

Si igitur quid nō est dicitur multipliciter: et neqꝫ quod ē s̄m cōpositōnem aut diuisionem contingit moueri. neqꝫ quod est s̄m potentiam quod ei qd̄ est simpliciter s̄m actū oppositum est. Hoc quidem em̄ nō album aut non bonū. tamen contingit moueri s̄m accidens. Erit em̄ homo nō albus. Quod aūt simpliciter non hoc aliquid est hoc nullo modo cōtingit moueri: Impossibile est em̄ quod nō est moueri. Si autem hoc et generatōnem esse motum impossibile erit. fit enim quod nō est si em̄ et quod maxime s̄m accidens fit. sed tamē verum est dicere quod est quod nō est de eo qd̄ fit simpliciter. similiter autem et quiescere. Hec igitur accidunt inconueniētia si moueatur quod nō est. Et si omne quod mouetur in loco est quod aūt nō est nō est in loco. Esset em̄ alicubi. Neqꝫ iā corruptio motus est. contrariū quidem em̄ motui motus aut quies. Corruptio aūt generatōni cōtrariū est. Quoniā aūt motus mutatio quedā est. mutatōnes aūt tres sunt dicte. Harum aūt que sunt s̄m generatōem et corruptōeꝫ nō sunt mot⁹ He āt sunt s̄m ꝯtradictōeꝫ necesse ē ex subiecto in subiectū mutatōnem motū eē solū: subiecta āt aut ꝯria aut media ⁊ ꝑuatio em̄ ponit̄ ꝯriū et monstrat̄ affirmatōe nudū. ⁊ albū et nigꝛ.

p

Physicorum

Queritur Utrum sola mutatio q̃ est de subiecto in subiectũ sit motus. ☞ Arguitꝫ ꝙ nõ. qꝛ in om̃i motu debet idẽ subiectũ manere sub vtroqꝫ ꝯtrario ꝑ aliter motus nõ esset vnus ⁊ si semper manet idem subiectũ seqtur ꝙ talis motus nõ est de subiecto in subiectum. ergo mutatio de subiecto in subiectũ nõ est motus Scd̃o sic. generatio est de nõ subiecto in subiectũ et corruptio ecõtra. ⁊ tamen generatio est motus cũ sit actus generabilis inquantũ generabile est. ⁊ similiter corruptio. igitur ⁊c̃. Tercio sic. sicut se habet subiectũ ad subiectum. ita nõ subiectũ ad nõ subiectũ. ergo si sit motus de subiecto in subiectum etiã erit motus de nõ subiecto in nõ subiectũ. ergo nõ sola mutatio de subiecto in subiectũ est motus. In oppositũ est phus in textu. Pro responsione Sciendũ primo. ꝙ postq̃ phus distinxit motuȝ ꝑ se a motu per accidens. et remouit motũ per accidens a sua consideratione. Hic ꝯsequenter incipit determinare de diuisione motus per se in suas species ⁊ subiectiuas ꝑtes. ⁊ qꝛ mutatio in cõmuni accepta se habꝫ vt quoddam superius ad motum ꝓprie dictum. ideo prius anteq̃ diuidat motũ ꝓprie dictum diuidit mutatõem per se in cõmuni et postea ostẽdit que mutatõnes nõ sunt motus et que mutatio sit motus ꝓprie dict9

Sciendũ scd̃o. ꝙ om̃is mutatio fit ex quodam in quoddã. quod manifestat nomen mutatõnis quod importat aliquod esse prius et aliquod posterius. ideo semper est inter duos terminos. Et ẜm variatõem illorum potest intelligi mutatio fieri quadrupliciter. Primo de subiecto in subiectum. id est de termino affirmato in terminũ affirmatum. Secundo ex subiecto in nõ subiectum. Tercio ex nõ subiecto in subiectũ Quarto ex non subiecto in nõ subiectum ⁊ vt habetur in textu. illud est subiectum quod est affirmatõne monstratum. ⁊ illud est ens cõpletum in actu substantiali. vt cum dicitur hic homo hic equus ⁊ cum hoc accipitur sub aliqua forma accidentali que affirmatõne designatur et tale ens cõpletum prout est sub vno esse accidentali potest moueri ad aliud esse accidentale. et sic fit mutatio de subiecto in subiectum. Ex quo patet. ꝙ materia in proposito nõ est subiectum. sed magis dicitur nõ subiectũ accipiendo eam sub priuatõne. vt cum dicit ꝙ aliqua mutatio est de nõ subiecto in subiectum. ¶ Conclusio prima. Ex nõ subiecto in non subiectum nulla fit mutatio per se. licet bene per accidens. Primũ patet. quia omnis mutatio per se fit inter contraria vel contradictoria sed nõ subiectũ ad nõ subiectũ nullã habet oppositõem siue capiatur nõ subiectũ vt d̃t simplicẽ negatõeȝ siue vt d̃t ꝑuatõem. qꝛ negatio negatõi nõ opponit nec priuatio priuatõni quia due negatõnes verificantur simul de eodẽ. vt idem lapis nec sanus nec eger dꝛ Secunda pars patet. qꝛ cum ex albo fit per se nigrum per accidens fit ex non nigro non album inquantum priuatio semper saluatur in forma contraria. sed quia illud quod est ꝑ accidens in aliquo genere non potest esse species eius. Ideo de nõ subiecto in nõ subiectum non est aliqua species mutationis.

¶ Conclusio secunda. Tantum tria sunt genera mutatõnis. patet. quia diuisio mutationis sumitur ẜm variationem terminorum penes

affirmatōnem ꝛ negatōnem sed tales termini variantur solum quatuor modis et ſm vnū modū nō fit mutatio per se. scȝ ex nō subiecto in non subiectū ꝛ sic erunt solū tria genera mutatōnis scȝ de subiecto in nō subiectū de nō subiecto in subiectū et de subiecto in subiectū. vñ illa mutatio q̄ dꝛ de nō subiecto in subiectū dꝛ generatio cuius alia est generatio simplr̄ q̄ fit de nō esse simplr̄ ad esse substantiale. Alia est generatio ſm q̇d q̄ fit de nō esse ſm q̇d ad esse ſm q̇d. scȝ ad esse accidentale. vt de non albo in album sicut ſm rem est alteratio ꝛ motus ꝓprie dictus. sed ſm modū designatur vt generatio. sed illa mutatio q̄ est de subiecto in nō subiectū dꝛ corruptio cuius q̄dā est corruptio simplr̄. alia vero corruptio ſm quid sicut dictū est de generatōne Cōclusio tercia. Generatio simplr̄ nō est motus. ꝓbatur p̄mo. qđ nō est simplr̄ nō potest moueri nec q̇escere. sed illud qđ generatur simplr̄ est nō ens. ergo nō p̄t moueri et ꝑ ꝯñs generatio nō est motus. Pro declaratōne maioris supponit phus ꝙ nō ens dꝛ tripliciter. vno mō ſm cōpositōem ꝛ hoc mō nō ens idē est quod falsū qđ opponitur enti qđ est verū ꝛ hoc mō ens et nō ens solū sunt in mēte idō tale nō ens nō p̄t moueri. Scđo mō dꝛ nō ens qđ nō est ens in actu ꝑ quācunqȝ formā. sȝ in potentia ꝛ tale nō ens nō p̄t moueri sȝ est terminus generatōis simplr̄ vel terminus corruptōis simplr̄. Tercio mō dꝛ nō ens ſm q̇d. scȝ rōne oppositōnis quā hȝ ad aliud ꝓut priuatio saluatur in forma ꝯtraria. vt albū dꝛ nō nigrū ꝛ tale nō ens ꝯtingit moueri ꝑ accidens. sed illud qđ est nō ens simplr̄ et simpliciter generatur nullo mō cōtingit moueri Scđa rō oīe qđ mouetur est in loco. sȝ qđ generatur simplr̄ nō est in loco. ergo qđ generatur nō mouetur. ꝛ sic generatio non est motus. Minor patȝ. qꝛ motus localis est p̄mus oīm motuū ꝛ destructo priori destruuntur posteriora. ideo si aliquid non sit mobile localiter nec etiā alio motu. sed omne mobile localiter est in loco. ergo oīe quod mouetur est in loco. Conclusio quarta. Corruptio simpliciter nō est motus. patȝ quia motui nihil est ꝯtrarium nisi motus aut quies. sed corruptōi nihil cōtrariatur nisi generatio. sȝ generatio nō est motus nec quies. ergo corruptio nō est motus et sic due species mutatōnis prius posite non sunt motus. ꝛ sic infertur Conclusio quinta. Sola mutatio que est de subiecto in subiectum est motus proprie dictus. patet quia motus proprie dictus est aliqua mutatio. quia in tali motu fit aliquid post aliud et nō est mutatio de non subiecto in subiectum nec econtra. Et cum non sint nisi tres species mutatōnis. sequitur ꝙ sola mutatio de subiecto in subiectum est motus.

Ad ratōes ān oppositū. Ad p̄mā dꝛ ꝙ hic nō capitur solum subiectū ꝓ illo qđ subicitur motui. sed capitur ꝓ illo qđ subicitur inquantū stat ꝓ aliquo termino affirmato ꝛ hoc mō fit mutatio de subiecto in subiectū. scȝ ꝙ materiale qđ subicitur motui remaneat idē. Ad scđam dꝛ ꝙ si capiatur motus in cōi vt capitur in p̄dicamentis ꝛ in tercio huius nō distinguendo ꝯtra mutatōem generatio et corruptio sunt motus. sȝ nō capiēdo ipm̄ spēaliter. vt fit de contrario in contrarium. vt fit inter formas positiuas. vt hic sumitur. Ad terciam

Phisicorum

dicitur q non subiectū et nō subiectū conueniūt in negatōe sicut duo sub iecta in affirmatione sed dissimile est in hoc q non subiecta dicunt duas negationes que nō opponūtur. subiecta vero dicūt formas positiuas in quibus potest esse oppositio ideo in ipsis potest fieri motus.

Si igitur predicamenta diuisa sunt substantia z qualitate et vbi et quando et ad aliquid z quātitate z facere et pati necesse est tres esse motus quātitatis et qualitatis. et sm locū Secūdū substantiam aūt non est mot9 propter nullū entium substantie contrariū esse. Necq ē in ad aliquid contingit cū altero mutante verū esse alterū nihil mutans. Quare sm accidēs motus horū est.

Queritur Utrum in substantia z ad aliquid sit per se motus Arguitur primo q sic quia forma substantialis prius inducitur in vna pte materie q in alia. qz non est possibile materiaz sm quālibet sui ptem equaliter subici virtuti agentis. ergo generatio est mutatio successiua et sic est motus. Secundo sic. In substantia est ɔtrarietas. ergo ibi est motus Añs patet. qz in vnoquocq genere est vna prima cōtrarietas Item ignis et aqua contrariantur. vt dicitur secūdo de generatione. Et si dicatur q hoc est ratione qualitatū infertur q etiā ɔtrariantur sm suas formas substantiales quia ɔtrariorū cōtrarie sunt cause. sed iste passiones cōtrarie causantur a formis substantialib9 ignis z aq igitur zc. Tertio sic. per dealbationem aliquis fit alteri similis. sed dealbatio est motus et similitudo est relatio. ergo per motum acquiritur relatio in subiecto. ergo in adaliquid est motus. In oppositū est phus in textu. Pro responsione est Sciendū. q postq phus diuisit mutationem per se in tres species. scz in generationem corruptōem z motū ꝓprie dictum. Hic cōsequenter inquirit diuisionē motus proprie dicti in suas species z qz distinctio motus sumitur sm distinctōem sui termini ad quem et quia motus non est preter genera rerū ad quas est motus ideo ad inquirendū illā distinctōem phs inquirit ad que predicamēta sit per se motus z ad que non ostendens primo in quibus predicamentis nō est p se motus et primo de substantia et relatione. Sciendū secūdo. q motuz per se esse in aliquo predicamento nihil aliud est q formam illius predicamenti per se acquiri in subiecto p se motū z per esse terminū illius motus. Ratio est. quia motus est actus imperfectus tendens ad vlteriorē perfectōnem z terminus ad quem eius est forma perfecta et perfectio in quā tendit. ideo motus non est preter res ad quas est motus. sed est in eodē predicamēto cum suo termino ad quem. ideo dicitur per se esse ad illud predicamentum cuius est forma per se fluens in tali motu. vnde ptz q si per vnum motum plures forme acquirantur vt in albefactōne acquiritur color et similitudo Sz motus solū est per se ad illā formā que per se fluit in tali motu et ad aliam solum est per accidens quia vno fluxu p

se fluit vna forma tm̄. Sciendū tertio. ꝙ cum omnis motus sit fluxus cōtinuus de vna forma cōtraria in aliam per remissionem vnius et intensionem alterius. ideo ad hoc ꝙ in aliquo predicamento sit per se motus oportet ꝙ in illo predicamento reperiant forme adinuicem contrarie ꝭm cōpletam rationem contrarietatis. Et ad talem contrarietatem ꝭm sanctum Thomā due conditōnes requirunt. Prima est. ꝙ in genere illorū cōtrariorū sint termini maxime distantes inter quos cadant omnia illius generis sic ꝙ nō veniatur de vno in alterū ordinate nisi per media defectu cuius in numeris nō est cōpleta cōtrarietas. quia licet sit minimū tamen ibi nō reperitur maximū Secūda conditio est. ꝙ inter illas formas possit esse continuus exitus de vna in aliam ꝭm intensionem vnius et remissionem alterius. sed ambe cōditiones deficiūt formis substantialibus. Primo ꝗa licet in genere substantie reperiantur differentie cōtrarie cōprehendentes omnia illius generis tamen illa contrarietas differētiarum solum attenditur ꝭm cōem radicem cōtrarietatis. que est excellētia ⁊ defectus inquātum vna est nobilior alia sicut contingit in numeris et ꝭm propriam rationem specificam huius forme et illius ideo tales forme nō sunt ꝭm se contrarie nec etiam deuenitur de vna in aliam determinate per media. ymmo dum materia amittit vnam formam pot[illegible] indifferenter quālibet aliam recipere. vt dicitur secūdo de generatōne. quia dum ex terra fit ignis non oportet ꝙ sit transitus per formas aliorum elementorum sed ex quolibet elemento potest immediate fieri quodlibet.

Secūdo. q̄r eē substātiale cōsistit in indiuisibili. ergo inter formas substantiales nō pōt esse fluxus continuus de vna in aliam per remissionem vnius ⁊ intensionem alterius. ⁊ sic in substātia non est perfecta contrarietas requisita ad motum. Sed ꝭm Albertum ponūtur quatuor conditiones requisite ad perfectam contrarietatem que possunt contineri in duabus primis. Prima est. ꝙ ille forme sint formaliter actiue et passiue adinuicem vel per se vt sunt qualitates prime vel cum alio. vt qualitates secūde Secūda est. ꝙ tales forme non sint simpliciter simplices sed in maiori maiores ⁊ in minori minores. Tertia est. ꝙ inter eas sit medium per quod fiat transitus de vna in aliam. Quarta est. ꝙ ille forme se expellant ab eodem subiecto actione propria ⁊ omnes iste conditiones formis substantialibus deficiunt vt possit inductiue ꝓbari.

☞ Conclusio prima. In substantia non est per se motus Patet. ꝗa in substantia non est contrarietas requisita ad motum. ergo cum omnis motus sit de contrario in contrarium sequitur ꝙ in substātia non est per se motus ⁊ hec est ratio Arestotelis. Item subiectum forme substantialis est ens in pura potentia. ergo non potest moueri. et sic patent due cause quare in substantia non est motus scꝫ propter defectum formaruꝫ contrariarum ⁊ propter defectum subiecti mobilis. Item si ibi esset motus esset generatio et corruptio sed ille non sunt motus. vt est prius probatum. igitur ⁊c. ☞ Conclusio secunda. In adaliquid non est per se motus. probat phylosophus. quia in illo genere non est per se motus cuius natura de nouo inuenit in aliquo subiecto ipo nō mutato. sꝫ sic est

de relatione. igitur &c. Maior patet. quia terminus motus non potest acquiri in aliquo subiecto nisi per motum cum sit prior termino sibi essentiali. Minor patet. q̄a sorte existente albo & Platone nigro sortes nō est similis platoni. Sed platone mutato ad albedinem factus est sortes similis platoni. sorte non mutato. ergo similitudo de nouo reperitur in sorte sine mutatione facta in eo. Ubi aduertendū est q̄ in aliquibus relatiuis ista ratio non habet difficultatem. Sunt em̄ triplices relationes. quedam em̄ sunt relationes rationis in vtroq̄ extremo vt ydemptitas. Alie reales. in vno termino tātū. et rationis in altero sicut sciētia refert ad scibile ad quod habet realem dependentiā. Sed scibile nō refertur ad scientiam nisi quia scientia refertur ad scibile. vt dicitur quinto metaphysice. Alie sunt reales in vtroq̄ extremorum. vt equalitas vel similitudo In illis autem que non ponūt aliquid nisi in vno extremorum facile est intelligere q̄ mutato extremo reali de nouo acquiritur relatio alterius sine sui mutatione cum nihil ei realiter adueniat Sed in illis que sunt reales in vtroq̄ extremorum difficile est intelligere. quomodo relatio acquiratur sine sui mutatione. cum nihil reale adueniat alicui de nouo sine mutatione illius. vt dicit vnus articulus parisiensis. Ideo respondet doctor sanctus. q̄ si aliquis per sui mutationem fiat mihi equalis me non mutato equalitas prefuit in me in sua radice ex qua habet sumi esse illius esse per hoc em̄ q̄ habeo talem quantitatem competit mihi q̄ sim equalis omnibus habentibus eandem quantitatem in specie. ergo cum aliq̄s de nouo accipit illam quantitatem ista radix equalitatis que fuit in me determinatur ad illum. ideo nihil reale aduenit mihi de nouo cum incipio esse alteri equalis per eius mutationem

Ad rationes Ante oppositum. Ad primam dicitur. q̄ forma substantialis eque primo inducitur in omnem partē materie dispositaz ad susceptionem illius forme et si sit aliqua successio hoc est per accidens ratione alterationis preuie. quia materia disponitur ad formam. Ad secūdam dicitur q̄ contrarietas differentiarū diuidentium aliquod genus non est completa cōtrarietas. quia nō semper attenditur ſm proprias rationes huius forme vel illius sed solum ſm communem radicem contrarietatis que est excellētia et defectus & inter formas substātiales vt sunt ignis et aqua bene reperitur cōtrarietas virtualis et illa sufficit ad hoc q̄ ex illis causentur passiones vere contrarie quia non requiritur tanta diuersitas in causis. quāta reperitur in effectibus. Ad tertiam dicitur. q̄ relatio extrinsece et ex consequenti solum acquiritur per dealbationem que primo et per se terminatur in albedinem et ex consequenti ad relationem similitudinis.

¶ **Neq̄ agentis neq̄ patientis neq̄ omnis quod mouetur aut mouentis. quia non est motus motus. neq̄ gene/**

rationis generatio. neq3 oīno mutationis mutatio. Pri/ mum quidem eñ contingit dupliciter motus esse motum. Aut sicut subiecti. vt homo mouet̄ q̄a ex albo in nigrū muta tur sic et motus. aut calescit. aut frigescit. aut locum mutat. aut augmētat̄ aut diminuitur. Hoc aut īpossibile est. Non eñ subiectoꝝ aliquod est mutatio. aut in mutando alterū aliquod subiectū ex mutatione in alterā speciem. vt homo ex egritudine in sanitatē Sed neq3 hoc possibile nisi f̄m acci/ dens. Hic eñ motus ex alia specie in aliā mutatio est. Et generatio et corruptio similiter preter q̄ he sunt in opposita sic. Motus aūt non similiter Simul igit̄ mutabitur ex sa/ nitate in egritudinem et ex ipsa hac mutatione in aliam.

Manifestū autē quod cū infirmetur mutatus erit in quā libet. Contingit eñ quiescere. et amplius non in cōtingentē semper. Et illa ex quodā in quodā alterū est. Quare et op/ posita erit sanatio. s3 f̄m q̄ accidit et si ex recordatione in ob liuionē mutatur. qm̄ cui inest illud mutatur aliquādo in sciē tiā aliquādo vero in sanitatē. Amplius aūt in infinitū vadit si erit mutatōis mutatio et generationis generatio Necesse est igit̄ esse primā si vltima erit vt si simpliciter generatio fie/ bat aliquādo. et qđ fit fiebat. Quare nondū erat qđ fit sim/ pliciter. sed aliq̄d cu3 fit et factū est iā et iterū illud fiebat hoc aliquādo Quare nōdū erat tunc qđ fit Quoniā aūt infinito ru3 non est primū. non erit quid vltimū. quare neq3 habitu3 neq3 fieri. igitur neq3 moueri possibile est. neq3 mutari nihil

Amplius eiusde3 motus contrarius est. ⁊ adhuc quies. et generatio et corruptio. Quare quod fiat cū fiat qđ fit tunc corrūpitur Neq3 eñ cū mox fit neq3 posterius. esse eñ opor tet qđ corrūpitur. Amplius oportet materiā subesse. et ei qđ fit et moueri. Que igitur erit sicut alterabile vt aut corp⁹ aut aīa. sic aliq̄d qđ fit motus aut generatio. Et iterū aliq̄d in qđ mouet̄. Oportet eñ aliquid esse hmōi ex hoc et in hoc motū non motū aut generatōnem Similiter aūt et quo modo erit Nō eñ erit doctrina. q̄ doctrine generatio Qua re neq3 gn̄atōis generatio. neq3 q̄dā eiusdē Ampli⁹ si tres spēs sunt motus: hoꝝ aliquā necē ē eē subiecta3 naturā ⁊ in

quā moueť. loci ergo mutationē. alterari aūt ferri. Oīno autē quando mouetur: omne qđ moueť tripliciter. aut in eo quod est ꝟm accidēs aut q₂ pars aliqua aut q₂ per se ꝟm accidens solum ꝯtingit mutare mutatōem. vt si quis sanus simul curat. aut discat. Hanc autem ꝟm accidens dimisimus olim.

Querit̄ Utrum in actōe et passione sit per se motus ☞ Arguitur ꝙ sic. q₂ vbicūq₃ est ꝯtrarietas ibi potest reperiri ꝑ se motus ſ₃ in actione ⁊ passione reperit̄ ꝯ̄rietas. vt ꝑt₃ in predicamentis. igitur ⁊c̄. Secūdo sic. ad omnē motum sequit̄ affectio per se causata in mobili sed talis affectio est quedam passio Tertio sic. si ad actionem vel passionem nō esset per se motus hoc esset quia motus non est motus sed hoc non. q₂ hoc quod de nouo ⁊ successiue acq̄rit̄ in aliquo acq̄rit̄ ꝑ motum sed motus successiue et de nouo acquirit̄ igit̄ ⁊c̄. In oppositum est ꝑ ꝑ̄hs in textu. ꝓ responsione. Sciendū primo. ꝙ postq₃ ꝑ̄hs ostendit ad substantiam ⁊ relatōnem nō esse ꝑ se motum. Cōsequēter ostendit ꝙ ad actionem ⁊ passionem nō est per se motus in qua ostēsione supponit ꝙ licet actio et passio differant a motu ratione formali dicente ꝙ quid erat esse. motus eīn ꝟm propriam rationem eius est actus entis in potentia tendentis ad vlteriorem perfectōem et est semper reductiue in eodem predicamento cū suo termino ad quem actio aūt ⁊ passio vltra motū diuersas includūt habitudines tamen actio et passio sunt idē subiecto cū motu et vnū non pōt esse sine alio nec ecōuerso ideo ad ꝓbandum ꝙ ad actōem et passionem nō sit ꝑ se motus sufficit ꝓbare ꝙ motꝰ nō est motus nec generationis generatio Sciendū scđo. ꝙ motus eē motū vel ꝙ mutatōis sit mutatio potest dupliciter intelligi. vno mō ꝙ motus sit motus tanq₃ subiecti ita ꝙ motus ꝟm aliquē motū moueat̄. vt ꝙ augmentet̄ vel diminuat̄. Alio mō ꝙ motus sit motus tanq₃ termini ita ꝙ vnus motus terminet̄ ad aliū motum. Et hoc iterū pōt intelligi dupliciter. vno mō per accn̄s. vt sc₃ ad motū sit motus vt si cōtingat vnā mutatōem sequi ad aliā. Alio mō ꝙ ad motū sit motus ꝑ se tanq₃ ad terminū intrinsecū et essentialem motus. Cōclusio ꝑma. Motus nō est ꝑ se motus nec tanq₃ subiecti nec tanq₃ termini. Prima pars ꝑt₃ q₂ motus ⁊ mutatio nō sunt de nūero subiectoꝝ cū neutrū sit substantia actu ens. nec ens ꝑmanēs qđ possit manere sub motu. ergo motꝰ nō est motus tanq₃ subiecti Scđa pars patet septē rōnibꝫ. Prima est. oīs motus est de vna specie in aliā ⁊ inter contraria si sit successiuus vel contradictoria si sit mutatio simplex. ergo si motus sit motus tanq₃ termini sequit̄ ꝙ mobile simul mouebit̄ in vnā spēm. vt ex sanitate in egritudinē et ex vna mutatione in aliā₃ mutatōem. sed hoc est falsum. q₂ in termino motus semper contingit mobile quiescere in forma acquisita per motum

Scđa rō. omnis motus vel mutatio est ex opposito in oppositū ꝯtrarie aut cōtradictorie. ergo si motus ꝑ se terminet ad motū ⁊ mutatio ad

mutatiōem tunc ille motus fiet per se inter motus oppositos ⁊ qꝛ mobi-
le in motu ꝑtim est in termino a quo ⁊ ꝑtim in termino ad quem oporte
bit ꝙ in illo motu qui fit inter motus cōtrarios simul sint in fieri illi mo
tus cōtrarij. ⁊ ꝙ vterqꝫ motus simul sit in fieri. ergo idem subiectū simul
mouebit̄ ad opposita vt simul generabitur ⁊ corrūpitur vel sanabit̄ vel
egrotabitur Tertia ratio. si mutationis esset per se mutatio ⁊ genera-
tionis generatio tūc alicuius ꝑticularis generatōnis esset iterū alia gene
ratio per se cuius esset terminus et iterū illius esset alia generatio ⁊ sic in
infinitū tam a ꝑte ante ꝙ̄ a ꝑte post. ergo nō esset dare primā generatio-
nem nec vltimā ⁊ per ꝯsequēs nihil repiet̄ genitū qꝛ si sic oportebit dare
generatōem imediatam ipsi genito. que tamen nō esset dabilis cū queli-
bet dependeret ex infinitis generationibꝫ. Quarta rō est ista. nā eius-
dem subiecti sunt motus cōtrarij ⁊ quies est cōtraria motui. sed genera
tio ⁊ corruptio contrariant̄. ergo si generatōnis sit generatio sic ꝙ genere
tur. sequit̄ etiam ꝙ corrūpetur. sed hoc est impossibile qꝛ oportet illud eē
quod corrūpitur et qn̄ corrūpitur sed esse generatōnis est suū fieri. ergo
oportebit ꝙ qn̄ gn̄atio fiet corrūpat̄ ⁊ neqꝫ ṗus ⁊ neqꝫ posteriꝰ et sic idē
simul generabit̄ et corrūpet̄. erit et nō erit. Quinta rō est ista. In omi
generatōne oportet esse materiam ex qua fit illud qꝺ generat̄. q̄ subicit̄
mouenti ⁊ recipit formam geniti. iterū requirit̄ aliquis terminus qui sit
hoc aliquid. sꝫ generatio nō habet materiaꝫ ex qua fit nec est hoc aliquid
ergo ipa nō potest generari et sic generationis non est generatio Sex
ta ratio sicut se habet genus ad genus ita spēs ad spēm sed doctrinatio
que est quedā generatio nō est generatio alterius doctrinationis sed sci
entie. ergo neqꝫ generatōnis est generatio neqꝫ motus est per se motus.
Septima ratio. tres sunt spēs motus scꝫ ad ꝗ̄titatem qualitatem et
ad vbi. ergo si motus sit per se motus oportebit vnū illorū esse ad alterū
et sic loci mutatio alterabitur et alteratio augmentabitur qꝺ est impossi
bile. ergo motus nō est per se motus. Sed motus potest esse ad motum
per accidens vt si quis sanet̄ et currat sanatio ꝑ accidens mouebit̄ sꝫ de
illo motu per accidens nō est hic ad propositum. Conclusio secunda
Ad actionem ⁊ ad passionem non est per se motus. Probat̄. qꝛ actio et
passio sunt idē subiecto cū motu sꝫ ad motū nō est motus vt iam ꝓbatū
est. igit̄ ⁊c. ¶ Dubitat̄. vtrū ad qn̄ situm et habitū sit per se motus.
Respōdet̄ ꝙ nō. ptꝫ primo de qn̄. qꝛ qn̄ dicit esse in tꝑe sꝫ tp̄s est mensu
ra motus. ergo eadē rōne q̄ nō est motus ad actōem ⁊ passionē eo ꝙ ꝑti
nent ad motū et sunt q̄dā successiua nec ad qn̄ Scꝺo ptꝫ de situ, qꝛ si
esset motus ad sitū ille esset ꝫm locū aut ergo ille motus eque terminabi
tur ad vbi ⁊ ad situm vel ad vnū prius ⁊ reliquū per posterius. nō ṗmū
qꝛ idē motus nō potest imediate terminari ad diuersos terminos. si secū
dū vel prius terminabit̄ ad vbi ⁊ ex ꝯñti ad sitū. et sic ad situm nō erit ꝑ
se motus vel primo ad sitū ⁊ solū ex ꝯñti ad vbi. g̊ ad vbi solū erit motus
ꝑ accn̄s ⁊ nō ꝑ se qꝺ est ꝯtra pℏm ⁊ alios pℏos qui ponūt ꝙ ad vbi ē ꝑ
se motus. ergo ad situm nō fit per se motus qꝛ in mobili prius acquirit̄
esse in loco ꝙ̄ ordo ꝑtiū ad totū. et ad locū ideo situs solū ꝑ accidēs acq̄ri
tur ꝑ motū Tertio patet de habitu qꝛ habitus dicit quādam habitu

uinẽ corporũ ad hoc qđ ſibi adiacet. ergo eadem rõne quare in relatione nõ eſt per ſe motus nec etiam in habitu.

Ad rõnes Ante oppoſitũ Ad pmã đr ꝙ in actõe ⁊ paſſione nõ eſt per ſe primo contrarietas. quia due actõnes nõ ſunt forme actiue et paſſiue inter ſe ſ3 tm̃ p alterũ et ex conſequẽti ſc3 rõne qualitatũ a qbꝫ fluũt. vt calefactio et frigefactio ꝯtrariant̃ rõne caliditatis et frigiditatis Ad ſcđam đicit̃. ꝙ licet illa affectio in mobili cauſata ſequatur motum ẜm naturam vt effectus eius. non tamẽ ẜm tempus ⁊ p modũ termini eſſentialis motus. ſed ſimul fiũt ⁊ deſinũt. eſſe motus et illa paſſio Ad tertiã đr ꝙ motus nõ acquirit̃ in ſubiecto tanꝗ̃ illud qđ acquiritur. ſed ſolũ tanꝗ̃ illud quo aliquid acquiritur. et de tali non o3 ꝙ ſp acquirat̃ per motũ. alias eẽ eſſet ꝓceſſus in infinitũ.

Uoniam aũt neqꝫ ſubſtantie neqꝫ ad aliquid. neqꝫ ipſius facere aut pati relinquit̃ ẜm quale aut quãtu3 et vbi motum eſſe ſolũ. in vnoquoqꝫ eẽ horũ eſt cõtrarietas. Motus quidem igitur ẜm quale alteratio ſit. huic eẽ alludit cõmune nomen. Dico aũt q̃le non in ſubſtãtia. et nãqꝫ differentia quale eſt. ſed q̃d paſſiuum ẜm q̃d đicit̃ pati ĩpaſſibile eſſe Qui vero ẜm quantũ ẜm cõmune q̃dẽ innominatus eſt. ſed ẜm vtrũqꝫ aut augmẽtũ aut decrementum. q̃d quidem eſt in perfectam magnitudinẽ augmentum eſt. quod vero ex hoc decrementum. Qui aũt eſt ẜm locũ et ẜm propriũ ⁊ cõmune ĩnominatus eſt. Sit aũt latio vocata q̃d cõmune eſt. Quãuis dicant̃ ferri hec ſola proprie. cũ nõ in ſeipſis ſit ſtare mutantibus locũ. Et quecunqꝫ non ſeipſa mouent ẜm locũ Que aũt eſt in eadem ſpecie mutatio. in magis et minus alteratio eſt. Aut eẽ ex cõtrario in contrarium motus eſt. aut ſimpliciter aut ſic. In minus quide3 eẽ vadens in ꝯtrarium dicet̃ mutare. In magis aũt tanꝗ̃ ex contrario in ipm. Differt eẽ nihil ẜm q̃d mutare aut ſimpliciter. niſi ꝙ ſic indigebit contraria cã. Magis aũt ⁊ minus eſt in quo plus aut minus ꝯtrariꝫ inſunt aut non. Qđ q̃dem igitur hi tres ſoli motus ſunt. ex his manifeſtum eſt

Immobile autẽ eſt qđ oĩno impoſſibile eſt moueri ſicut ſonus ĩuiſibilis Et qđ multo tpe vix mouet̃. aut qđ tarde incipit quod đicit̃ grauiter mobile. Et qđ aptũ natũ eſt moueri et poſſibile. nõ mouet̃ ãt tunc. cũ aptũ natũ eſt et vbi. et ſic qđ quidẽ quieſcere voco immobiliũ ſolũ. Contrariũ enim quies motui eſt. Quare ꝓuatio erit ſuſceptiui Quid q̃dẽ igi

tur motus et quid quies et quot mutationes et quales mo/
tus manifestū ex dictis.

Queritur Utrum solum ad tria predicamenta. scꝫ ad quā
titatem qualitatem ⁊ ad vbi sit per se motus.
☞ Arguit̄ primo ꝙ nō. qꝛ in q̄titate nō est ꝯtrarietas vt dicit̄ in pre
dicamentis. ergo neqꝫ motus Scđo sic. spēs q̄titatis discrete in indi/
uisibili ꝯsistūt. ergo ſm q̄titatem discretā non est motus Similiter q̄ti
tas ꝯtinua est in infinitum diuisibilis. ergo in ea nō est dare minimū ⁊ ꝑ
ꝯñs nō est ibi ꝯtrarietas. qꝛ contraria maxime distare debent. ergo in q̄
titate ꝯtinua nō est motus Tertio sic. In vbi nō est contrarietas. er/
go neqꝫ motus. Añs patet quia sic maxime ꝯtrariaretur cōcauū celi ex
vna ꝑte ꝯcauo eiusdem ex altera ꝑte ꝯtinua. cū illa duo vbi maxime ab
inuicem distent. sed illa duo vbi nō ꝯtrariantur neqꝫ fit motus de vno in
aliud. ergo in vbi nō est ꝯtrarietas neqꝫ motus In oppositū est phus
in textu. Pro responsione. Sciendū primo. ꝙ postq̄ phs ostendit ad
que predicamēta nō est ꝑ se motus. Hic ꝯsequenter ostendit ad quot ⁊
que sit motus ad habendū diuisionem eius. Unde cū motus q̄ diuidit̄
in spēs sit mutatio de ꝯtrario in ꝯtrariū. qꝛ est de subiecto in subiectum
ad hoc ꝙ in aliquo genere reperiat̄ talis motus. oportet ꝙ in illo reperi/
ram vt circulus tũc maxime scdm naturã est cũ maxime circu
lus sit. Malicia aũt corruptio horũ et remotio est Fit qdẽ
igit cũ qdaz alterat. et acceptio virtutis et remotio malicie.
alteratio tñ horũ neutrũ ẽ Qd ãt alteret aliqd manifestũ est.
Virtus quidẽ eĩ ipassibilitas qdã ẽ aut passibile sic ẽ. Mali
ãt passibile. aut ꝯtraria passio virtuti ẽ Et totã moralẽ vtu
tez in suis voluptatibus et tristicijs accidit eẽ Aut eĩ scdm actũ q
voluptatis. aut per memoriã. aut a spe Siquidẽ igit scdm actũ
sensus est cã. Si vero aut per memoriã aut per spẽ aut ipo ẽ. aut
enĩ qlia passi sumus reminiscẽtibus voluptatis. aut qlia patie
mur sperãtibus At vero neqz in ĩtellectiua pte aĩe ẽ alteratio
Sciens eĩ ad aliqd maxime dr hoc ãt manifestũ Scdm enĩ

nullā potētiā motis factū est qd est scie sȝ cū extiterit q̄ddam Ex ea ei q̄ est f̄m p̄tē expiētia accipim⁹ vl'em sciam Neqȝ igit̄ actus generatio ē nisi aliq̄s respectōem et tactū generatōes dicat. huius ei actus Que āt ex p̄ncipio acceptio scie nō est gn̄atio neqȝ alteratio. In residētia quietari ei ꝛ aīa sciens fit ꝛ prudēs. Sicut igit̄ neqȝ cū dormiēs excitet̄ aliquis. aut ebri⁹ pauset aut īfirmās ordinet̄ factus ē sciēs. Quis p̄us nō poterat vti ꝛ f̄m sciētiā agere. sȝ mutata p̄turbatōe ꝛ ista tuȝ reueniēte mēte inerat potētia ad scie ꝯgruitatē Hui⁹ igit̄ aliqd fit ex p̄ncipio in scie existētia. Turbatōis ei q̄es q̄dā et residētia. Neqȝ igit̄ infantes pn̄t addiscere neqȝ iudicare sen sib⁹. sil'r neqȝ seniorib⁹ Multa ei p̄turbatio circa eos ꝛ mot⁹ Stat āt et pulsat̄ turbatio. aliq̄n quidē a natura aliq̄n āt ab alijs In vtrisqȝ āt his alterari aliquid accidit. sicut cū surgat et fiat vigilās ad actū Manifestū igit̄ ꝙ ip̄m gen⁹ alteratōis ī sensilib⁹ ē ꝛ ī sensibili p̄te aīe. In alio āt nl'lo nisi f̄m accn̄s

Querit̄ Vtꝝ ad habit⁹ ꝛ dispōnes sit p̄ se alteratio Arguit̄ p̄mo ꝙ sic. qꝛ sanitas est q̄dā habitus ꝛ tn̄ ad sanitatē est p̄ se alteratio .s. sanatio. igit̄ ꝛc. Scd̄o sic. ꝟtutes morales sunt ī p̄te sensitiua aīe in q̄ est p̄ se alteratio. ḡ ad hmōi ꝟtutes est p̄ se alteratio. Tertio sic. cū aliq̄s ꝓcedat de ignorātia ad sciētiaȝ mutat̄. ꝛ nō alia mutatione q̄ȝ f̄m alteratōem. igit̄ ꝛc. In oppositū est. p̄. in tex. Sciendū p̄mo ꝙ postq̄ȝ p̄hs ostēdit ꝙ ad q̄litates de q̄rta spē nō est p̄ se alteratio p̄ qd satis notū est ꝙ etiā ad q̄litates de scd̄a spē nō est p̄ se alteratio Cōsequēter ostēdit ꝙ ad q̄litates de p̄ma spē scȝ ad habitus ꝛ dispōnes nō est p̄ se alteratio vt possit ꝯcludere ꝙ solū ad q̄litates tertie spēi est p̄ se alteratio. Et qꝛ duplices sunt habitus. q̄dā sunt habitus corpis vt sanitas egritudo macies. Alij sunt habitus aīe q̄ sunt duplices naȝ q̄dā sūt morales q̄ sunt in p̄te sensitiua. vt fortitudo ꝛ t̄pātia. Alij sunt intellectuales vt scia. iō de oīb⁹ istis inductiue ostēdit suū ꝓpositū. Sciendū secūdo ꝙ oīs habitus est virtus vel malicia. ꝛ omis virtus vel malicia est ad aliq̄d. qd declarat p̄hs de habitib⁹ corporis. qꝛ sanitas est calidoꝝ et frigidorū et eoꝝ q̄ sunt infra corpus debita ꝯmēsuratio. ꝛ est ad aliquid scȝ ad totū corpus aīalis. nam cōmēsuratio q̄ in hoīe est sanitas nō esset sanitas in leone. sil'r pulchritudo egritudo ꝛ macies est alicuius ꝛ ad aliquid. ꝛ sil'r de oīb⁹ alijs habitib⁹. oīs eīm virtus est q̄dam dispō perfecti ad optimum. perfecti scȝ f̄m naturam. ad optimuȝ. id est ad finem rei q̄ est eius operatio. si igit̄ in ad aliquid non est p̄ se motus concludi potest ꝙ ad habitus et dispositiones nō est p̄ se motus nec alteratio nisi per accidens et ex consequenti sicut prius dictuȝ est de relatione. ¶ Conclusio prima Ad habitus corporis non est per se alteratio licet bene per ac-

tidens. Probat phs q2 in ad aliquid non est per se motus. sed tales ha
bitus sunt ad aliquid. igitur &c. nec tñ est intelligendũ q hmõi habitus
fm id qd sunt sint ad aliquid. q2 tunc essent de genere relationis. sed ad
aliquid dicuntur. q2 eorũ rões a relatione dependent Scda pars pa
tet. q2 mediante alteratõne que fit in qualitatib9 primis per se primo pos
sunt acquiri vel deperdi habitus corporales vt sanitas vel egritudo.

Cõclusio secũda. Ad virtutes morales nõ est per se alteratio tamen
sequuntur alteratõem que fit fm passiones in pte sensitiua. Primũ pro
bat phs. q2 ille ꝟtutes sunt quedã pfectiones. cuz oĩs ꝟtus sit quedam
perfectio. vnũqdqz em̃ pfectũ dicit cũ attingit ꝟtutẽ per quã pt procede
re in suũ opus. perfectũ em̃ fm naturam dicit quod in se habet ꝟtutem
forme per quã pt exire in opus sue nature. sed incõueniens est dicere q
aliqd alteret dũ pficit. ergo ad virtutes morales nõ est p se alteratio Se
cũdam ptem probat phs dupl'r. Primo p dictũ stoycorũ qui vocabant
ꝟtutes impassibilitates. q2 eas dicebant oẽm motũ passionũ remouere.
Et malicias vocabãt passibilitates q2 inclinãt ad insequẽdũ oẽm mo-
tum passionũ Aresto. vero dicit virtutes ↄsistere in tpata moderatione
passionũ. ideo dicit ꝟtutẽ moralem esse mediũ duaꝝ passionũ. cuz igitur
fm passiones que sunt in pte sensitiua sit per se alteratio et ad remotõem
illarũ passionũ vel ad moderationẽ acquirantur ꝟtutes. sequit q ille vir
tutes acquirunt ex ↄsequenti p alteratõnem. Scda rõ. oĩs virtus mora
lis habet delectatiõem & tristiciã. vt iustus gaudet de bonis operationi
bus & tristatur de malis & oppositũ est de malicia opposita virtuti. sz de
lectatio siue tristicia non sunt sine motu facto in pte sensitiua. sicut dũ ali-
quis actu apprehendit aliquid delectabile aut tristabile. ergo omnis vir-
tus moralis vel malicia est cum aliquo motu ptis sensitiue Cõclusio
tertia Ad habitus intellectuales non est p se alteratio possz probari sicut
pcedens. Sz aliter pbat phs. nam sciens maxime dr ad aliqd & etiã scia
sed in ad aliqd nõ est p se motus. ergo ad habitus intellectuales nõ est p
se alteratio. licet aliqui eorũ ↄsequunt motũ factũ in parte sensitiua. Se-
cũda rõ. illud qd acqrit in aliquo p residentiã et quietatõem passionũ cor
poris nõ acqrit p motũ. sz sic est de scia & alijs habitib9 intellectualib9. q2
sedendo et quiescendo fit aĩa sciens & prudens. ergo ad habitus intellec
tuales nõ est per se alteratio. Minor ptz q2 infirmus ebrius aut dormi-
ens habẽs scientiam ibi habitus p conturbationẽ cerebri vel p turbatio-
nem organorũ sensuum ipeditur ab vsu scie propter inordinationẽ phan
tasmatũ. sed sedatis illis passionibus & solutis sensib9 vtitur scia & põt
sciam de nouo acquirere. ergo scientia acquirit p quietationem passionũ
et motuũ corporalium sine motu facto in pte intellectiua. Item hoc oñt
phs de puero in acceptõe scie. nã ppter humidũ habũdans & calidũ faci-
ens fluere ipm humidũ q2 etiã puer de facili est secutor passionũ. ideo ipe
dit ne phãtasmata sensibiliũ possint ordinate recipi in eo. sed mediantib9
phãtasmatib9 relucerẽt spẽs itelligibiles in itellcũ sz sedatis oĩb9 passio-
nib9 & fluxu hũoꝝ vel p naturã vel p volũtatẽ accipit phãtasmata ordi-
nate & acqrit sciam & sic ppt hoc nõ ẽ mutatio in itellectu sz solũ i pte sensi
tiua. g scia acquirit in intellectu sine motu sz p qetatõem ptis sensitiue.

¶ Sed ɔtra hoc arguit᷑. q2 si scia acquirat᷑ in intellectu ꝑ sedatōem turba/
tionis ptis sensitiue sine motu intellectus. seqtur ꝙ scientie erūt nobis in/
nate a pncipio. ⁊ ꝙ nostrū scire solū erit pteritoꝝ reminisci. sicut plato pone
bat. Ad hoc dōm est ꝙ receptiuū alicuius potest tripl'r se habere ad ipm.
Uno mō in vltima dispōne ad receptibile sine impedimento in se ⁊ in alio
et tūc receptiuū fit in actu ꝑ p̄sentiā ꝓprij actiui. sicut aer fit lucidus ꝑ p̄sen
tiam corporis luminosi. Alio mō p̄t sic se habere ꝙ est indispositū ꝑ disposi
tionē ɔtrariā receptibili. ⁊ tūc anteq̄ȝ recipiat ipm necesse est ipm ꝑ alterati
onē disponi. sicut materia existēs sub forma aeris necessario hȝ disponi an
teq̄ȝ recipiat formā ignis. Tercio mō p̄t se habere in vltima dispōne ad for
mam sine impedimento in ipo. sed tn̄ est impedimentū in altero mediante
quo oportȝ ipm recipe formā. ideo impedimento remoto receptiuuȝ fit in
actu ꝑ p̄senciā receptibile ⁊ solum fit mutatio in illo in quo erat impedimē
tum. sicut domus illuminat᷑ ꝑ apertionem fenestre sine mutatione facta in
aere intus illuminato. sed solū ꝑ mutatōem in impediēte. et hoc tercio mō
se habet intellectus noster ad sciam ꝑ se. q2 q̄ntum est de se est in vltima dis/
positione ad receptōem scie ⁊ spēꝝ intelligibiliū. sed qn̄q̄ȝ impedit᷑ ꝓpter in
dispositionē partis sensitiue in qua oportȝ motuȝ esse vt ipsa disponat᷑. sed
ea disposita et fantasmatib⁹ in ea determinate receptis virtute luminis in
tellectus agentis statim sine alteratōe relucent spēs illoꝝ fantasmatū in in
tellectu ⁊ intellectus efficit᷑ sciēs. ⁊ ideo nō sequit᷑ ꝙ scie fuerūt sibi ɔcreate

Ad rōnes ante oppositū Ad p̄mā d̄r ꝙ sanatio p̄t acci/
pi dupl'r. Uno mō ẜm eius ꝓpriā rōnem. ⁊ sic
nō est mot⁹ sȝ termin⁹ mot⁹. Alio° ẜm esse. ⁊ sic est mot⁹ qui ex ɔsequēti
et non ꝑ se terminatur ad sanitatē Ad secūdā d̄r ꝙ virtutes ex ɔsequē/
ti acquirūtur ⁊ remouent᷑ ꝑ motū qui ꝑ se terminat᷑ ad passiōes partis sen
sitiue circa quas est virtus moralis. Ad terciā d̄r ꝙ ibi non est motus
ꝓprie dictus. sed tm̄ mutatio spūalis nō successiua. nam intellectus noster
est imaterialis ⁊ incorporeus. ideo moueri nō p̄t motu ꝓprie dicto

Dubitabit aūt vtiq̄ȝ aliq̄s vtrū oīs motus omi ɔpara/
bilis sit aut non. Si igit᷑ oīs ɔparabilis est ⁊ equaliter
velox ē ꝙ in equali tpe equale mouet᷑ erit circularis aliq̄s eq̄
lis recto ⁊ maior essȝ ⁊ minor. Amplius alteratio ⁊ loci mu/
tatio q̄dam equalis cū in equali tpe aliud q̄dem alteret᷑ aliud
vero ducat᷑. Erit ergo passio equalis longitudini. sed ipossi
bile est. Si ergo cū in equali tpe ẜm equale moueat᷑ tūc equa
liter velox est. equalis aūt nō est passio oīs longitudini. qua
re nō erit alteratio loci mutatōi equalis. neq̄ȝ minor. quare
nō oīs ɔparabilis. In circulo aūt ⁊ recto q̄uo ɔtinget In/
cōueniēs q̄dem em̄ est nisi sit in circulo similiter aliq̄d moue
ri ⁊ hoc in recto. Sed mox necesse est aut velocius aut tar/

dius. ſicut ſi hoc deorſum hoc aũt ſurſuꝫ. Ampliꝰ nihil deferret in rõne ſi aliqͣs dicat neceſſariuꝫ eſſe velociꝰ mox aut tardiꝰ moueri: Erit aũt maior ꝛ minor circularis recto q̄re et eq̄lis: ſi em̄ ĩ. a. tp̄e ip̄m. b. trãſijt aliud ãt ip̄m. c. maiꝰ erit b. ipſo. c. ſic em̄ velociꝰ eſſe dictũ eſt. ergo ſi ꝛ in minori eq̄le velocius eſt Quare erit aliq̄ pars ipſius. a. in quo ipſius. b. circuli trãſibit ꝛ in toto. a. ip̄m. c. Atuero ſi ſunt cõparabilia accidit mõ dictũ equale eſſe rectũ circulo ſed nõ ꝯparabilia ſunt. neqꝫ ergo motꝰ. Et q̄cũqꝫ nõ eq̄uoca om̄ia ꝯparabilia ſunt. puta q̄re nõ ꝯparabile vtrũ acutiꝰ ſtilus aut vinuꝫ aut vox vltima. q꞉ em̄ eq̄uoca nõ cõparant̄. ſed vltima ei q̄ iuxta vltimã cõparabilis eſt. qm̄ idẽ accidit acutũ in vtriſqꝫ. ergo nõ idẽ velox ꝛ hic ꝛ ibi: multo aũt adhuc minꝰ in alteratõne et loci mutatõe Aut p̄mũ q̇dem hoc nõ veruꝫ eſt ꝙ ſi non ſint eq̄uoca cõparabilia. Multũ em̄ idẽ ſignat in aq̄ ꝛ in aere ꝛ nõ ſunt cõpabilia. Si aũt nõ duplũ q̇deꝫ idem. duo em̄ ad vnũ ꝛ nõ ꝯparabilia ſunt. Aut ꝛ in his eadẽ rõ. Et nãqꝫ multũ eq̄uocũ eſt. ſed quorũdã ꝛ rões eq̄uoce ſunt. vt ſi dicat aliquis ꝙ multũ eſt tãtũ. ꝛ adhuc ꝛ ſi aliquid tãtũdẽ ꝛ eq̄le equiuocũ eſſꝫ. Et vnũ aũt ſi cõtingit ſtatim eq̄uocũ. ſi aũt et hoc ꝛ duo Qm̄ ꝓpter quid cõpabilia alia quidẽ ſunt. alia vero nõ. ſi quidẽ erat vna natura. Aut q꞉ ſunt in alio primo ſuſceptiuo. Equꝰ quidẽ igit̄ ꝛ canis comparabilia ſunt vtrũ albius. In quo em̄ p̄mo idẽ eſt ſupficies ꝛ magnitudo ſimiliter. Aqua aũt ꝛ vox non in alio nãqꝫ ſubiecto ſunt Aut manifeſtũ eſt ꝙ erit om̄ia ſic facere vnũ In alio aũt vnũqdqꝫ dicere eſſe ꝙ erit idem equale ꝛ dulce ꝛ album. Sed in alio amplius ſuſceptiuũ cuiuſlibet accidentis non contingẽs eſt Sed vnum vnius eſt primum. Si ergo non ſolum oportet comparabilia nõ equiuoca eſſe. ſed non habere differentiam neqꝫ qd neqꝫ in quo. dico aũt ſicut color habet diuiſi õem. non ergo cõparabile ſ̄m hoc vt vtruꝫ coloratũ magis ſit albũ q̄ꝫ nigrũ. Hec em̄ cõparant̄ non ſ̄m aliquẽ colorem: inquantum color. ſed ſ̄m album Sic ꝛ circa motuꝫ eque velox quod in equali tempore mouet̄ equale tãtũ longitudinis in hac. Si aũt aliud q̇dem alteratum eſt. aliud ve

ro ductum. Equalis ergo hec alteratio. et similiter velox lo-
ci mutatio. sed incōueniens Causa aūt qz motus habet spe
cies. Quare si que in equali tempore ducta equali longitu-
dine eq̄ velociter erit equalis rectus et circularis. Utrū ergo
causa. quia loci mutatio genus. aut qz linea genus. Temp9
q̄dem em̄ semper idem athomus specie aut simul. Illa autez
specie differūt et loci mutatio species habet. si quidem illud
super quod mouetur Aliquando aūt in q̄. vt si pedis am
bulatio. si ale volatio. aut non. sed figuris loci mutatio. alia
q̄re que in eq̄li tempore mouētur ꝓm eandem magnitudinez
eq̄ velocia: sed idem indifferens specie. et motus indifferens
specie. Quare hoc considerandū q̄ differētia motus. Et
signat rō hec. q9 genus non vnuz aliq̄d est. sed iuxta hoc la-
tent multa. suntqz eq̄uocationū: alie quidē multum distan-
tes. alie vero habentes quādam similitudinem. alie vero p-
xime. aut genere. aut similitudine. Unde non videntur eq̄-
uocatōes cum sint Quando igitur altera est spēs. si idem
in alio aut si aliud in alio. aut quis terminus. aut quo discer
nimus quod idem est album et dulce. aut aliud. quia in alio
videtur altera. aut qz oīno non idē De alteratōne aūt quo
modo ē equaliter velox altera alteri. si itaqz ē sanari alterari
est autem hunc quidem velociter alterum tarde sanatum eē
et simul quosdam. quare erit alteratio equaliter velox. in eq̄-
li em̄ tempore alteratum est. equale em̄ hic non dicitur. sed
quia in q̄titate equalitas. ita hic similitudo. sed si sit idē q̄d
mutatum est in equali tempore eque velox. Utrum ergo in
quo passio. aut passionem oportet comparare. Hoc q̄dem
igitur q9 sanitas eadem sit oportet accipere. aut neqz magis
aut neqz minus. sed similiter existit. Si autem altera passio
sit. puta alteratur quod fit album et quod sanatur. his nihil
idem. neqz equale. neqz simile. aut iam hec species faciunt
alterationis. et non est vna. sicut neqz loci mutatio. Quare
considerandum quot sunt species alterationis. et quot loci
mutationis. Si quidem igitur que mouentur specie diffe-
runt quorū sunt motus ꝓm ipsa et non ꝓm accidens. et mot9
specie differūt. si vero genere genere. si aūt numero numero.

Si igit͛ vtrū oportȝ ad passionē respicere si idē sit aut siles aut equaliter veloces alteratōes aut in id qđ alterat͛. vt si huius q̇dem hmōi albatum sit. huius aūt tm̄ aut in vtraq̄ȝ. et in eadē q̇dem aut alia passione ſm ꝙ eadē. Equalis aūt aut inequalis ſm ꝙ illa inequalis. Et in generatōe aūt ⁊ corruptione idē ꝯsiderandū est. quō eque velox generatio est. si in equali tpe idem ⁊ indiuisibilem. vt hō sed nō aīal. Velocior aūt est si in equali tpe alterū est. Nō em̄ habemus aliq̄ duo in q̇bꝫ alteritas sicut dissilitudo. ⁊ si numerus sub a maior ⁊ minor numerus similis spēi: Sed innominatū est qđ ꝯmune. ⁊ vtrūq̄ȝ sicut que plus passio aut excellēs magis q̄ꝫtum autem magis

Querit͛ Utrꝫ oīs motus sit oīmi motui ꝯparabilis Arguitur ꝙ sic. qꝛ om̄is motus est in tempore. sed in quolibet tempore ꝯtingit aliquid tardius ⁊ velotius moueri. ergo omnis motꝰ est omni motui ꝯparabilis in velocitate vel tarditate. Secūdo sic. omnis velocitas motus ꝓuenit ex ꝓportione excessus virtutis mouentis sup resistentiam mobilis. sed omnis ꝓportio est alteri ꝓportioni cōparabilis. ergo omnis motus est alteri ꝯparabilis in velocitate ⁊ tarditate In oppositum est phus in textu. ¶ Sciendū primo. ꝙ postq̄ȝ phus probauit ꝙ in mouentibꝫ ⁊ motis non est processus in infinitum. sed dandū est vnū primū mouens. Consequenter. quia illa que sunt vnius ordinis sunt ad inuicem ꝯparabilia. hic agit de ꝯparabilitate motuū ad inuicem ſm velocitatem ⁊ tarditatem. et quia duplex est ꝯparatio. quedam est ꝓprie dicta. de qua est hic ad ꝓpositum. alia est improprie dicta. ideo vidende sunt cōditiones ꝯparationis ꝓprie dicte. ¶ Sciendū secūdo. ꝙ ad talem cōparationem tria requirūtur. Primo requirit͛ vniuocatio forme ſm quam est ꝯparatio. Secūdo requiritur vnitas p̄mi ⁊ ꝑ se susceptiui. Tercio req̄ritur vnitas forme ſm spēm specialissimam. Primū declarat phus. nam ꝓpter defectum vniuocationis forme. vinū. vox. ⁊ stilus non ꝯparantur in acutie. qꝛ in ipsis acuties non est eiusdem rōnis. Scōm declarat. qꝛ equꝰ et canis in magnitudine ꝯparant͛. qꝛ in ipsis est vnitas p̄mi ⁊ ꝑ se susceptiui qđ est substantia corporea. ⁊ tm̄ vox ⁊ aqua in magnitudine nō ꝯparant͛ nam licet magnitudo sit in ipsis vniuoca tm̄ p̄mū ⁊ ꝑ se susceptibile nō est vnius rōnis. nam in aqua susceptiuū magnitudinis est substantia eius. in voce vero sonus est susceptiuū magnitudinis. Terciū declarat. qꝛ equus et canis in colore non ꝯparantur q̄ꝫuis color sit vnius rōnis. ⁊ nō dicatur vniuoce de ipis. q̄ꝫuis etiā sit vnitas p̄mi ⁊ ꝑ se susceptiui. qđ est supficies sed bene ꝯparant͛ in albedine. qꝛ albedo est vna vnitate spēi indiuisibilis in alias spēs. color vero nō est vna natura a parte rei. ideo vnū nō est magis coloratum altero ſm ꝯparationem proprie dictam. vt albū non dicit͛ coloratius nigro. Ex istis ꝯditionibꝫ ⁊ maxime ex tercia sequitur ꝙ genꝰ

nō est simpliciter aliquid vnū. spēs aūt est aliquid vnū simpl'r. Rō est quia spēs sumit̄ a forma vltima que est forma vna in reruꝫ natura vltimo actu formali ꝯpleta. genus vero sumit̄ ab aliqua natura que nō reperit̄ vna numero in rerum natura. vt forma ꝯpleta. ideo solum est vnū ꝫm rōnem. nō em̄ est alia forma a qua hō est homo ⁊ a qua est animal ⁊ similiter de equo et de asino. sed ab eadem forma realiter hō habet ꝙ sit hō ⁊ ꝙ sit animal. ⁊ ꝑ eandē formā equus ꝙ est equ⁹ ⁊ aīal. ⁊ sic de alijs. ergo cum nō sit vna forma ꝑ quā homo est hō ⁊ per quā equus est equus. sequit̄ ꝙ aīal non dr̄ vnā formā ꝫm rem que ꝯstituat hominē ⁊ equū. sed solū vnaꝫ formaꝫ ꝫm rōnem. ⁊ sic genus nō est aliquid vnū ꝫm rem. sed vnuꝫ ꝫm rōnem quam vnitatē facit intellect⁹ ꝑ abstractōem a spēb₃. ⁊ sic spēs est aliqua vna forma in rerū natura. genus aūt nō. imo natura ipsius generis habet diuersa esse in diuersis spēb₃. tñ qꝛ hꝫ vnitatē ꝯmunem ꝫm rōnem. ideo diuerse spēs in rerū natura existētes predicatōnem vnius generis suscipiūt. ⁊ sic genus est vnū ꝫm vniuocatōem logicā ⁊ nō ꝫm vniuocatōem physicā. ideo dr̄ in textu ꝙ in genere latent equiuocatōes multe

¶ Sciendū tercio. ꝙ aliq̄ sunt bene vniuoca vniuocatōe logica que tñ nō sunt vniuoca vniuocatiōe physica. eo ꝙ logicus ꝯsiderat formas simplices ꝑ abstractiōeꝫ a materia et definit ꝑ intentiōes ꝯmunes. ideo diuerse spēs vnius generis possunt habere idem nomen ⁊ vnā rōnem ꝯmunē ꝫm illud genus. Sed physicus ꝯsiderat formas ꝫm esse ꝯcretū materie sensibili. ⁊ illa materia ingreditur definitōem rei naturalis. Et qꝛ diuerse spēs vnius generis nō habēt materiā ꝓpriam eiusdē rōnis. ideo genus physicuꝫ nō dr̄ vna rōne de diuersis spēb₃ eius. si ꝯsideretur in esse physico. sed ibi est quedā equiuocatio ⁊ analogia. Unde triplices sunt equocatōes. quedā sunt maxime distantes. qꝛ scꝫ est ꝯueniētia ꝫm nomen tm̄. sicut ī cane latrabili. ⁊ sidere celesti. Alie sūt ꝫm quādam similitudinem. sicut hō ꝫm quādam similitudinē dr̄ equiuoce de homine vero ⁊ picto Alie sunt equiuocatiōes proxime. ⁊ hoc potest esse ꝓpter ꝯuenientiā in genere logico. sicut substantia dr̄ de substātia corporea ⁊ incorporea. aut ꝓpter aliquam ꝓportōem. sicut magister de illo qui p̄est in scolis ⁊ de illo qui preest in domo. est em̄ ꝓportio in hoc ꝙ quilibet est rector. vnus scolariū ⁊ alter domus.

¶ Conclusio p̄ma. Non omnis motus est alteri motui ꝯparabilis in velocitate ⁊ tarditate. Probat̄. quia sunt aliqui motus genere differentes. vt alteratio ⁊ loci mutatio. sed differentia genere nō possunt inter se ꝯparari ꝓpter ꝯditōes p̄us positas. ergo ⁊c̄ Item si alteratio ⁊ loci mutatio in velocitate ꝯpararent̄ cuꝫ eque velox sit qd̄ in eodem tp̄e equale spaciū ꝑtransit. sequeret̄ ꝙ passibilis qualitas esseꝫ equalis magnitudini. aut si vnuꝫ moueret̄ velocius tunc diceretur maior aut minor. et vbi potest esse magis ⁊ minus potest reperiri equale

¶ Conclusio secūda. Non omnis motus localis est omni motui locali ꝯparabilis. Patꝫ quia sunt aliqui motus locales specie differentes. Item si sic. sequeretur ꝙ magnitudo recta esset equalis magnitudini circulari

¶ Dubitat̄ p̄mo. vtrū diuersitas instrumentorū quib₃ fit motus. vt si aliquid moueatur pedib₃. ⁊ aliud cum alis. impediat ꝯparatiōem. supposito tamen ꝙ illi motus sint supra eandem magnitudinem ⁊ ad eūdeꝫ terminū. Respōdet Arestoteles ꝙ non. qꝛ instrumēta se tenent ex parte mo-

bilis ex parte cuius nõ attendit̃ ꝯparatio. sed ex parte spacij aut termĩoꝝ
¶ Dubitatur secũdo. Utrũ impedimẽtũ cõparatõis inter motuꝫ circularem ꝛ rectum sit ex parte temporis. vel ex parte magnitudinis. vel ex parte motus. Respondetur ꝙ nõ est ex parte temporis. qꝛ tempus inq̃tũ est de se est vnũ ꝛ idem ꝑm substantiaꝫ. sed causaliter ꝛ primo est ex parte magnitudinis. nam si magnitudines supra quas fit motus specie differãt etiã motus specie differũt. ideo dꝛ in textu. sicut illud supra qđ aliquid mouetur habet species. loci mutatio habet species. ¶ Conclusio tercia. nõ omnis alteratio est omni alterationi ꝯparabilis. Patet qꝛ sunt multe alterationes specie differentes. ille tamen que sunt ad eandem formã specificã sunt ad inuicem ꝯparabiles. ¶ Conclusio quarta. Non omis generatio est omni generationi ꝯparabilis. ꝛ similiter de corruptione. Patꝫ: quia nõ quelibet generatio est ad esse vnius forme specifice. ꝛ similiter dicenduꝫ est de corruptionibus

Ad ratiões Ante oppositũ. Ad primam dicit̃ ꝙ tempus nihil facit ad ꝯparatõem motuũ. vt dictũ est. ideo nõ valet ꝯsequentia Ad secũdã dicitur. ꝙ diuerse proportiones si cõsiderentur abstractiue prout a logico cõsiderantur sic possunt esse cõparabiles. sed si considerentur concretiue vt sunt in motibꝫ specie differentibus vt considerantur a physico. sic non sunt inter se ꝯparabiles. ideo non omnes motus sunt inter se ꝯparabiles in velocitate ꝛ tarditate

Uoniam auteꝫ mouens mouet semper aliquid ꝛ in aliquo ꝛ vsqꝫ ad aliquid. Dico autem in aliquo. qꝛ in tempore. Usqꝫ aut ad aliquid. quia ad quãtam aliquam longitudinem. semper eñ simul mouet ꝛ mouit. quare quãtũ aliq̃d erit quod motum est ꝛ in quanto Sit igitur. a. quod mouens est. b. autem quod mouetur. quantacunqꝫ autem longitudo mota. c. In quantocũqꝫ est tempore in quo est. d In equali igitur tempore equalis potentia ei in quo est. a. medietatem ipsius. b. duplicem ipsius. c. transibit. ipsum antẽ c. in medietate ipsius. d. sic eñ erit analogia. ꝛ si eadem potẽtia idem in hoc tempore tantũdem mouet. ꝛ medietatem in medietate mouebit. ꝛ media virtus medium mouebit in eq̃li tempore equale. vt ipsius. a. potentie sit ꝛ medietas que ẽ ipsum. e. ꝛ ipsius. b. r: sit medium Similiter igitur se habent et ꝑm analogiam virtutes ad graue Quare equale ꝛ in equali tempore mouebit Et si. e. ipsum. ꝫ. mouet in ipso. d. ꝑm c. non necessarium est in equali tempore. e: duplum ipso. ꝫ. mouere ꝑm medietatem ipsius. c. Si vero. a. b. mouebit in ipso. d. quanta est ipsum. c. medietas ipsius. a. que est in quo

est.e.ipsum.b.non mouebit in tempore in quo est.d:neqꝫ in aliq̄ ipi⁹.d.ipsius.c.ſm ꝙ est analogū ad totū.e.sicut est.a. ad.z.omne em̄ si contingit non mouebit nihil. Si enim tota virtus totum mouit.medietas non mouebit neqꝫ quantā neqꝫ in quocunqꝫ Unus enim moueret nauim.si quidem nauim trahentium deciditur potentia in numerum ⁊ longitudinem quam omnes mouerunt Propter hoc Zenonis ratio non est vera ꝙ sonet milij quelibet pars Nihil em̄ prohibet non mouere aerem in nullo tempore tantum quantuꝫ moueret cadens totus modius Neqꝫ itaqꝫ tanta pars quā tacunqꝫ mouebit cum toto si sit per se hoc non mouet. neqꝫ em̄ non est nisi potentia in toto Si vero duo ⁊ vtrūqꝫ horum aut vtrunqꝫ mouet tantum in tanto ⁊ composite potentie.compositum ex grauibus equali mouebunt longitudine et in equali tempore analogum nanqꝫ. Sic igitur in alteratione et in augmento aliquid quidem enim est augēs.aliquid autem ⁊ quod augetur. In quanto autem tempore. et quantum aliud quidem auget:aliud autem augetur. Et alterans quidem ⁊ quod alteratur similiter aliquid ⁊ quantum ſm maius ⁊ minus alterata sunt et in quanto tempore. In duplo duplum ⁊ duplum in duplo. Medium autem in medio tempore:aut in medio medium.aut in equali dupluꝫ Si autem alterans aut augens tantum in tanto tp̄e auget aut alteret.non necesse est ⁊ mediū in medio. ⁊ in medio medium. Sed nihil si contingit augmentabit aut alterabit sicut et in graui.

Queritur Utrum septem regule de cōparabilitate motuum sint sufficienter assignate Arguitur primo ꝙ non,quia ille supponūt omnia mouentia ⁊ mobilia posse diuidi.quod falsuꝫ est de mouentib⁹ celestib⁹ ⁊ mobilib⁹ orbium celestium Secundo sic. multa sunt mouentia libera que si moueant aliquod mobile per aliquod spaciuꝫ in aliquo tempore.non oportꝫ ꝙ moueant medietatem mobilis per duplex spacium in equali tempore.quod est contra duas primas regulas. Tercio sic.si diuidatur mobile ⁊ non subtilietur medium. vel si non seruetur identitas figure mobilis.⁊ sic de alijs circūstantijs que possunt iuuare vel impedire velocitatem motus non oportet illas regulas esse veras.vt si aliqs moueat aliquid per aliquod spacium in aliquo tempore nō oportet ꝙ moueat ipsum per medietatem spacij in medio tempore. In oppositum est ph̄us in textu Pro responsiōe ad questionem

Septimus liber.

¶ Sciendū ꝑmo. ꝙ postq̄ʒ ph̄us ostendit qui motus sunt ꝯparabiles ad inuicem in velocitate ꝛ tarditate. ꝛ q̄ nō. ꝛ que req̄runt ad ꝯparatiōem ꝓprie dictā. Hic ꝯsequēter ostendit qualiter motus inter se ꝯparant ponēdo septem regulas generales ꝑ quas accipiūtur ꝓportōes motuū ad inuicem in velocitate ꝛ tarditate. ꝓ quibꝫ supponit ph̄us ꝙ in motu locali in q̄ ꝑncipaliter declarat istas regulas. ꝛ ꝯsequēter in alijs q̄tuor cōcurrūt scilꝫ mouēs. mobile. spaciū ꝑ qđ fit motus. ꝛ tp̄s in quo fit motus. ꝛ ẜm diuersas ꝓportōnes istoꝝ q̄tuor sumūtur ꝓportōes motuū q̄ ꝑ illas regulas signant. ¶ Sciendū secūdo. ꝙ ꝑma istarū regularū est ista. si aliqua virtꝰ moueat aliqđ mobile ꝑ aliqđ spaciū in aliquo tp̄e. eadē mouebit medietatem mobilis ꝑ duplex spaciū in equali tp̄e Secūda regula est. si aliqua virtus moueat aliqđ mobile ꝑ aliqđ spaciū in aliquo tp̄e. eadē vel sibi equalis mouebit medietatē mobilis ꝑ equale spaciū in medietate tp̄is. Tercia regula est. si aliqua virtus moueat aliqđ mobile ꝑ aliqđ spaciū in aliquo tēpore eadē mouebit idem mobile ꝑ mediū spacij in medio tp̄e. Quarta regula est. si aliqua virtus moueat aliqđ mobile ꝑ aliqđ spaciū in aliquo tēpore mediū ꝟtutis mouebit medietatē mobilis ꝑ equale spaciuꝫ in equali tp̄e. Quinta regula est. si due virutes diuisim sumpte moueant duo mobilia diuisim sumpta ꝑ aliqđ spaciū in aliquo tp̄e. ꝯiūctū ex illis duabꝫ ꝟtutibꝫ mouebit ꝯiūctū ex illis duobꝫ mobilibꝫ in equali tp̄e ꝑ equale spacium Sexta regula est. si aliqua virtus moueat aliqđ mobile ꝑ aliqđ spaciuꝫ in aliquo tp̄e nō oportꝫ eandē virtutē vel sibi equalē mouere duplex mobile ꝑ equale spaciū in duplici tp̄e. nec ꝑ mediū spaciū in equali tp̄e. Septima ꝛ vltima regula est. si aliqua virtus moueat aliqđ mobile ꝑ aliqđ spaciuꝫ in aliquo tp̄e. nō oportꝫ medietatē ꝟtutis mouere idem mobile ꝑ equale spacium in duplici tp̄e vel ꝑ medium spacij in equali tp̄e. Pro q̄bꝫ regulis est

¶ Sciendū tercio. ꝙ mouentia sunt in duplici dr̄ña. quedā sunt penitꝰ īmaterialia. vt motores orbiū celestiū. et de talibꝫ nō intelligūtur regule. qꝛ in ipsis nō crescit virtus motiua crescente corpore. nec diminuto corꝑe diminuit̄. Nō opꝫtet etiā regulas verificari in mouentibꝫ volūtarijs. qꝛ non sꝑ mouent ẜm vltimū sui posse. sed ẜm qđ volūt ꝛ intelligūt. sed iste regule habent seruari in mouentibꝫ pure naturalibꝫ que semꝑ mouent ẜm vltimū sui posse. et eoꝝ virtutes crescunt crescente corpore. qꝛ sunt pure naturales. vt grauitas ꝛ leuitas ¶ Sciendū quarto. ꝙ licet alicui mouenti vel mobili ẜm ꝓpriam spēm repugnet diuisio. tn̄ sub vl̄i rōne mouētis ꝛ mobilis nulli repugnat. et qꝛ in hoc libro agitur de motu in ꝯmuni per ꝯparatōeꝫ ad mouēs et mobile. ideo etiā regule sunt vniuersaliter intelligende. Et si applicentur ad particularia cauendū est ne virtus motiua per diuisionem corrumpatur aut etiā mobil. cauendū est etiā ꝙ diuidēdo mobile diuidat̄ resistentia eius ad motum. ꝛ ꝙ seruetur idemptitas figure mobilis ꝙ etiā remanet eadem analogia medij ad mediū in densitate ꝛ raritate. ꝛ generaliter cum diuiditur mobile del~t esse diuisio omniū que possunt iuuare resistentiam mobilis. et cū diuidi[…] mouens debēt diuidi oīa que possunt iuuare victoriā potentie motiue s[…]pra mobile. ꝛ dꝫ semꝑ manere equalis analogia ex ꝑte omniū que possunt i[…]uare velocitatē ꝛ tarditatē. ꝛ per hoc soluūtur multa argumenta que ꝯtra regulas fieri possunt

Conclusio prima. quinq3 prime regule que sunt affirmatiue sunt vniuersaliter vere. seruatis circũstantijs premissis. patet quia omnis actio causatur ex victoria agentis supra patiens. ideo a proportione qualitatis aut etiam minoris equalitatis nunq3 fit actio sed solum in proportione inequalitatis maioris ad minus. ideo quanto virtus mouẽtis plus excedit resistẽtiam mobilis tanto velocius mouebit ipm. quare si duplo excedat in duplo velocius mouebit. si vero velocius in duplo per duplex spaciũ in equali tempore autẽ per totũ spacium in medio tẽpore mouebit. cu3 ergo due regule dicãt istã proportiõe3 seq̃r q sũt vere. si etiã ptꝰ eq̃liter excedat resistẽtiã mobilis sequit q eq̃liter mouebit ꝛ hec analogia in alijs trib⁊ regulis seruatur. Conclusio secunda. Due vltime regule vniuersales que sunt negatiue sunt vniuersaliter vere. patet quia alias a proportiõe inequalitatis minoris fieret actio. nã staret resistentiam mobilis excedere virtutẽ mouentis Ex istis infert ph̃s falsitatem dicti zenonis dicentis q si modiũ granorum milij descendendo per aerem causet sonum quodlibet granum p se cadendo causabit sonũ. hoc eñ falsum est. quia totũ modiũ tanta velocitate mouetur q citius diuidit aerem q̃3 sit diuisibilis. ideo causat sonũ qd nõ oportet de grano per se sumpto. Nec valet argumentũ totũ causat sonum ergo ꝛ quelibet pars. quia pars cum est in toto non agit nisi in potentia sicut est in toto in potentia tm̃ Taliter eñ res se h3 ad agere qualiter ad ẽẽ et se h3 ad esse sicut ad esse vnũ. s3 dicit vnũ indiuisum in se ꝛ ab alio diuisũ sed ps cũ ẽ in toto nõ ẽ a toto diuisa. g̃ nõ ẽ aliqd vnũ in actu nec agit ĩ actu ꝛ sicut p̃dicte regule intelligunt de motu locali. ꝛ sumũt ẽm proportiones istoꝝ quattuor q̃ dicta sunt. ita pñt intelligi in alijs motib⁊ in quib⁊ etiam illa quattuor inueniũtur. vñ supra istas regulas tota ars proportionũ fũdat q3 ẽm diuersas applicatõnes ponderũ fiunt motꝰ velociores ꝛ tardiores Rõnes ante oppositũ soluũtur ex dictis. Et hec de questione ꝛ per consequens de toto septimo physicoꝝ.

Huius septimi physicoꝝ Arestotelis finis adest

Octauus tibi dat p̃mũ ꝯgnoscere motum
Proprietas p̃mi que sit motoris eterni.

Trũ autem factus sit aliquando motus cum nõ esset prius. et corrumpit iterum. sic q moueri nihil sit aut neq3 factus est neq3 corrũpitur: sed erat semp ꝛ erit. ꝛ erit ꝛ hoc ĩmortale et sine quiete existit in his q̃ sunt vt vita quedam ens natura oĩb⁊ subsistentibus. Esse quidem igitur motum omnes affirmant de natura aliquid

dicentes propter hoc quod mundũ faciunt et de generatõne et corruptõne eẽ oportz consideratõnẽ omnibꝫ ipsis quã impossibile ẽ esse nisi sit motus. Sz quanti quidẽ infinitos mundos dicunt eẽ. et q̃sdam q̃dem fieri quosdam autẽ corrumpi mundorum semper dicunt esse motum. Necessariũ eñ generationes et corruptões cũ motu eẽ ipsorum. Quicunqz ãt vnũ et non esse semper et de motu apponunt scḋm ratõnẽ. Si igit̃ contingit aliq̃n nihil moueri dupliciter. neccẽ ẽ hoc accidere. Aut eñ sicut anaxagoras dicit. Inquit eñ ille sil' oibꝫ existentibꝫ. et quiescẽtibus in infinito tpe motũ facere intellectũ et disgregasse. Aut sicut Empedocles in tpe moueri. et iterum quiescere. Moueri quidẽ cum amicicia ex multis faciat vnũ aut discordia multa ex vno. Quiescere autẽ in medijs tẽporibus dicẽs sic inq̃ztum quidẽ ex pluribus vnum didicit nasci inq̃ntum iterũ ex vno geminato plurima pficiuntur. Sicqz fiunt res. quod et nullo modo ipsius ẽ seculũ vnũ. sic autẽ permutantur neqz simul pficiunt̃. Sic aũt semper sunt ĩmobiles scḋm circulũ. Hoc eñ q̃d sic pmutatur ab hinc inde dicere ipsum opinandum ẽ. Considerandũ igitur de hoc quomõ se habz pre opere eñ ẽ non solum ad nature consideratõnẽ scire veritatẽ. sed ad sciẽtiã de principio primo. Incipiemus aũt primũ ex definitis a nobis in physicis prius. Dicimus aũt motum eẽ endelechiã. i. actum mobilis scḋm quod mobile. Neccẽ ergo existere res possibiles moueri scḋm vnũquẽqz motũ. Et sine aũt motus definitõne oĩs vtiqz confitebit̃ necessariũ esse moueri possibile moueri scḋm vnũquẽqz motũ. vt alterari alterabile. ferri aũt scḋm locũ mutabile. Quare prius oportet esse cõbustibile q̃z cõburat̃. et cõbustiuũ q̃z cõburere. ergo et hoc necessariũ ẽ aut facta aliq̃n eẽ cũ nõ eẽnt. aut ppetua eẽ. Si q̃dẽ igit̃ factũ ẽ mobiliũ vnũq̃dqz neccãriũ ẽ prius accepta aliã mutatõnẽ factã eẽ. et motũ scḋm quod fcm̃ ẽ possibile motũ eẽ. aut moueri. Si ãt q̃ sũt p̃erãt sp motu nõ existẽte irrõnabile quidẽ videtur et ab insciẽtibus. Atuero sz amplius magis ingredientibꝫ hoc neccãriũ ẽ accidere. Si eñ alijs q̃dẽ mobilibꝫ existẽtibus alijs motiuis aliq̃n q̃dẽ erit aliq̃d primũ mouẽs hoc ãt q̃d mouet̃ aliq̃n q̃dẽ nihil. sz q̃escit. oportz hoc mutari prius

Erat enim aliquid causa quietis. quies ei priuatio motus est. Quare ante primam mutationem erit mutatio prior. Alia quidem enim mouent singulariter. alia autem et secundum contrarios motus. vt ignis quidem calefacit. frigefacit autem non. Scientia autem videtur contrariorum esse vna. videtur igitur et ibi aliquid esse simili modo. frigidum ei calefacit conuersum quodammodo et abscedens. sicut et peccat voluntarius sciens quando econtrario vtitur scientia. Si igitur quecunque sunt possibilia sunt facere aut pati. aut mouere aut moueri. Hec autem moueri non penitus possibilia sunt. sed sic se habentia et proxima alterutris sunt. Quare cum proximantur. aliud mouet. aliud autem mouetur cum sint vt sit hoc quidem motiuum. illud vero mobile. Si igitur non semper mouebatur manifestum est quod non se habebant sicut nunc possibilia hoc quidem mouere illud autem moueri. sed oportuit mutari alterum illorum. Necesse enim in his que sunt ad aliquid hoc accidere. vt si cum non est duplum. nunc autem est duplum mutari. sed non vtraque alterum. Erit ergo quedam prior mutatio prima Adhuc autem prius et posterius quomodo erunt tempore non existente. Aut tempus non sit motus. Si igitur tempus numerus motus aut motus quidam. Siquidem tempus semper est. et motum necesse est perpetuum esse. Atuero de tempore extra vnum concorditer habentes videntur omnes. Ingenitum enim esse dicunt et propter hoc Democritus demonstrat tanquam impossibilia omnia esse facta. impossibile enim est tempus factum esse. Plato autem tempus generat solus Simul enim cum celo factum esse. celum autem factum esse dicit. Si igitur impossibile est esse dicere et intelligere tempus sine ipso nunc. nunc autem est medietas quedam et principium et finem habens simul. principium autem futuri temporis finem vero preteriti necesse semper esse tempus. vltimum enim finiti accepti temporis in aliquo ipsorum nunc erit. Nihil enim est accipere in tempore preter nunc. Quare quoniam est finis et principium ipsum nunc. necesse est ipsius in vtraque parte semper esse tempus. At uero si tempus manifestum est. quia necesse est et motum esse. Siquidem tempus est. passio quidem motus. Eadem autem ratio est. et de eo quod corruptibilis sit motus. sicut de fieri motum accidit priorem quandam esse mutationem. prima sic hic posteriorem posteriori. Non enim simul quiescit et quod mouetur et quod mobile est. et quod comburitur et quod combustibile. Contingit enim

cõbustibile esse q̃d non comburitur. Neqꝫ motiuum ꝛ mo/
uens. ꝛ corruptibile igitur indigebit corrumpi. cum corrum
patur ꝛ huiusmodi corruptiuũ iterum posterius. Corruptio
eñ mutatio quedam est. Si igitur hoc impossibile. manife
stum est ꝙ est perpetuus motus. Sed non aliquando quidẽ
erat. aliquando autez nõ. Et nanqꝫ assimilatur sic dicere fig
mẽto magis. Similiter autẽ ꝛ dicere. q̃a aptum natum sic
est. ꝛ hoc oportet opinari esse principiũ. sicut videtur vtiqꝫ
Empedocles dicere. ꝙ tenere ꝛ mouere amiciciam in parte
et discordiam inest rebus ex necessitate. quiescere autẽ medi
um tempus. Fortassis aũt ꝛ vnum principium facientes si/
cut Anaxagoras sic vtiqꝫ diceret. Atuero nihil inordinatuz
eorum q̃ natura ꝛ ẜm naturaz sunt. Natura eñ omnibꝫ cau
sa ordinatõnis est. Finitũ autẽ ad infinitũ nullã rõnẽ habet.
Ordinata aũt omnis ratõ est In infinito aũt tẽpore quiesce
re postea motum esse aliquando. Huius aũt neqꝫ vnã diffe
rentiã esse. quare nunc magis q̃z prius. Neqꝫ iterũ aliquam
ordinatõnẽ habere non iam nature est opus Aut eñ simpli
citer se habet quod est nature. ꝛ non aliquando quidẽ sic. ali
quando vero aliter. vt ignis natura sursum fertur. ꝛ non ali/
quando quidem. aliquando vero non. aut rõnem habet qđ
non ẽ simpliciter Quare dignius est sicut Empedocles. ꝛ si
quis aliter dixit sic habere in parte quiescere omne ꝛ moue
ri iterũ. Ordinatõnẽ eñ iam habet quandam huiusmodi.
Sed ꝛ oportet hoc dicẽtẽ non affirmare solũ. sed causam
ipius dicere ꝛ non apponere nihil. neqꝫ velle dignitatẽ irrõ
nabilẽ. sꝫ aut inductõnẽ aut demonstratõnẽ ferre hec quidẽ
eñ nõ cause posite sũt. neqꝫ ĩ hoc erat amicicie vl' inimicicie
esse. Sed huiusmodi quidẽ cõgregare illius vero disgrega
re. Si vero determineẜ qđ est in parte. dicẽdũ est in quibus
sic sunt. sicut quia est aliq̃d qđ congregat homĩes amicicia.
et fugiunt inimici ab inuicẽ. Hoc eñ supponiẜ ꝛ in toto esse
videẜ eñ ꝛ in quibusdam esse sic. Quod aũt ꝛ ẜm equalia tẽ
pora indiget aliqua ratõne. Omnino eñ existimare principi
um hoc esse sufficiẽs. quod semper aut est sic. aut sic non re/
cte se habet opinari. In quo democritus reducit de natura

causas ꝙ sic ꝓus q̄d ꝓus factum est. ipsius aūt semꝑ noluit
ꝓncipiū q̄rere in q̇busdā dicens recte. q̄d aūt in om̄ibꝫ nō re
cte. Et trigonū em̄ semꝑ habet duobꝫ rectis equales angu/
los. sed tn̄ est ꝑpetuitatis huius altera causa ꝓncipiorū. igiᷣ
nō est altera causa. sed ꝑpetua sunt. Qꝫ q̇dem igiᷣ nulluꝫ tp̄s
erit neqꝫ erat qn̄ motus nō erit. siue nō erat: tanta dicta sunt
Contraria aūt his nō difficile est soluere. Uidebiᷣ aūt ex
hmōi ꝯsiderantibꝫ ꝯtingere maxime motū esse aliqn̄ cū non
est omnino. Primuꝫ q̇dem. qꝛ neqꝫ vna ꝑpetua mutatio est.
Mutatio em̄ om̄is apta nata est ex quodā in q̇ddā. Quare
necesse est oīs mutatōis terminū esse ꝯtraria in q̇bꝫ fit: Infi
nitū aūt moueri nullum. Amplius videmus qm̄ possibile ē
moueri neqꝫ q̄d mouetᷣ. sed q̇escens mouetᷣ neqꝫ habēs in se
ipso. neqꝫ vnū motū vt in inaīatis. quoꝝ neqꝫ pars vlla. neqꝫ
totū mouetᷣ: sed q̇escens mouetᷣ qn̄qꝫ. Cōuenit aūt aut semꝑ
moueri aut nequaq̄ꝫ. si q̇dem nō fit cū sit motus. Multo āt
magis huius esse in aīatis manifestū est. Neqꝫ vnus q̇dem in
nobis cū sit motus aliqn̄. sed q̇escentes tn̄ mouemur aliqn̄. et
fit in nobis ex nobisipsis ꝓncipiū motus aliqn̄. ⁊ si nihil ex/
tra moueat. Hoc em̄ in inaīatis esse nō videmus sīliter. sed
semꝑ mouet ipsa aliq̇d exterioꝝ alterū. Aliqn̄ aūt aīal dici/
mus ipsum se mouere. Quare si q̇dem quiescit aliqn̄ penitus
in īmobile. motus vtiqꝫ fiet ex ipso ⁊ nō ab extra. Si aūt in
aīali hoc possibile fieri. q̇d ꝓhibet ideꝫ accidere ⁊ ꝭm eē Si
nāqꝫ in paruo mūdo fit. ⁊ in magno. ⁊ si in mūdo. et in infini
to. si quidē cōtingit moueri infinitū ⁊ quiescere totū Eo/
rum aūt ꝓmū quidē q̇d dictū est nō eūdem semꝑ ⁊ vnum nu
mero esse motū qui est in ꝯtraria recte diciᷣ Hoc em̄ fortas/
sis quidē necessariū est si quidē non semper vnū ⁊ eūdem esse
possibile est eiusdem ⁊ vnius motum Dico aūt vtruꝫ vnius
corde vnus ⁊ idem sonus aut semper aliter similiter se habē
te et mouente. sed tamen q̄litercūqꝫ se habet nihil prohibet
et quēdam eūdem esse qui perpetuus ⁊ cōtinuus est Ma/
nifestum vtiqꝫ erit magis ex his q̄ posterius Moueri autē
quod non mouetur nullū incōueniens est Si aliquādo qui
dem sit extrinsecus mouens. aliquando aūt non Hoc tamē

qualiter vtiq; erit inq̃rendum. Dico aūt vt ⁊ idem ab eodem motiuo existente aliquādo q̃dez moueri aliq̄n aūt nō. Nihil em̄ aliud dubitat hoc dicēs. q̄propter nō semꝑ alia q̃dem q̇escūt eoꝝ q̄ sunt. alia vero mouētur. Maxime aūt vtiq; vi/debitur terciū habere dubitatiōez. qđ fit cū nō insit ꝑus motus. ꝙ accidens est in aīatis. Quiescens em̄ prius post hoc vadit mouente exterioꝝ nullo sicut videt̄: hoc autem falsum est. Conspicimus em̄ semꝑ aliquid motum in aīali naturalium. Huius aūt motus nō aīal causa est. sed ꝯtinēs forsitan Ipsum aūt dicimus ip̄m mouere se. nō ꝭm omnē motū. sed ꝭm locū. nihil igit̄ ꝓhibet. Magis aūt fortassis necessariuz est in corpore multos fieri motus a ꝯtinente. Horū autem quosdam intellectū aut appetitū mouere. Illum aūt totum iam animal mouere. quale ꝯtingit circa somnos Sensibi/lis quidem em̄ cuz neq; vnus insit motus. in existente tamē aliquo surgunt animalia iterū Sed nāq; manifestum erit ⁊ de his ex sequentibꝫ

Circa initiuz octaui libri physicoꝝ

Querit̄ vtrū motus incepit ⁊ desinet esse. vel sit ꝑpetuus Arguit̄ ꝙ fuerit ꝑpetuus rōnibꝫ Arestotelis. pro quarū ṗma supponit ꝙ si sit motus necesse est mobile ⁊ mouens p̄existere. vel ꝭm naturā vel ꝭm tempus Probat ṗmo istam suppōnem. nā motus est actus mobilis. actus aūt p̄/supponit id cuius est actus. Scđo probat ex ꝯsensu omniū dicentiū ꝙ ni/hil mouet̄ nisi qđ possibile est moueri. ergo in om̄i motu p̄supponit̄ mobile et etiaz mouens a fortiori. ¶ Tūc arguit̄ ṗmo sic. si motus incepit esse de/tur ṗmus motus anteq̄ nullus erat motus. oꝑtebit ergo mouētia ⁊ mobilia prefuisse. vel ergo q̄nq; facta fuerūt cū nō essent. aut ꝑpetue p̄fuerunt si facta sunt. cū oporteat vnūqđq; fieri anteq̄ incipiat moueri. seq̄tur ꝙ an̄ ṗmū motū fuit aliq̇s mot⁹. cū ḡnatio nō sit sine motu. si ꝑpetue p̄fuerūt ⁊ sine motu. hoc videt̄ incōueniēs. q͛ illa mouētia ⁊ mobilia cū essent naturalia nō potuissent ꝑpetue fuisse sine motu. Itē si ꝑpetue p̄fuerūt sine motu q̇escebant. sed q̇es est ṗuatio motus cuius ṗuatōis oportet esse aliquā cām vel ex parte mouentis vel mobilis. vel vtriusq;. quā oportebat auferri an/teq̄ mobilia inciperent moueri. q͛ si semꝑ mansisset illa cā semꝑ fuisset ṗuatio. ergo ante ṗmū motuz acceptū fuit alius motus. vel in mouente. vel in mobili. vel in vtroq;. Pro secūda rōne supponit ph̄us ꝙ ṗus ⁊ posterius non sunt sine tempore. q͛ ṗus ⁊ posteri⁹ numerata in motu sunt ipsuz tempus. Secūdo supponit ꝙ tempus nō est sine motu. q͛ est numerus eius Tunc arguit̄ sic. tempus non est sine motu ⁊ tempus semꝑ fuit. nec incepit

esse.ergo motus semp fuit. Minorez probat testimonio omniũ pho℞.qꝛ omnes dempto Platone dixerũt tempus ingenitũ esse.sed solus plato generauit tempus sicut ꝛ celũ. Tercio sic.qꝛ de rõne ipsius nũc est ꝙ sit medietas duo℞ tempo℞.scꝫ finis p̄teriti ꝛ p̄ncipium futuri.ergo nõ p̄t dari p̄mũ nũc.ꝛ p ꝯsequẽs neqꝫ initiũ t̄pis. Et istis rõnibꝫ ꝯmunibꝫ quibꝫ Arestoteles videt̄ ꝯcludere ꝙ motus nõ incepit.etiã arguit̄ ꝙ nunqꝫ deficiat nam si deficiat motus alicuius mobilis necesse est p̄us deficere motũ mobilis qꝫ mobile corrũpi vel mouens.ideo sicut argutũ est ex parte inceptionis ad p̄bandũ ꝙ ante p̄mũ motũ esset motus.ita ex parte desitionis cõcludi p̄t ꝙ post vltimũ motũ esset motus.vel ꝙ mobile ꝛ mouens p̄petue manerent sine motu.qđ est irrõnabile. Silr̄ sicut p secũdã rõnem argutum est.ꝙ ante p̄mũ nũc esset dare aliud nunc si incipet t̄ps.ita argueret̄ ex parte desitionis ꝙ post vltimũ nũc esset aliud nũc.ꝛ sic nõ videt̄ ꝙ motus incepit vel desinet esse In oppositũ est autoritas fidei nostre. ¶ Pro responsione ad quesitũ ¶ Sciendum primo.ꝙ postqꝫ p̄hus ostendit in septimo huius ꝙ est dabile primũ mouens ꝛ etiã dare primũ motorẽ ꝛ primũ motum. Consequenter ostendit in isto octauo quis ꝛ qualis sit prim⁹ motus ꝛ qualis sit primus motor.et quia ad cognitõem istorum necessario oportet p̄scire an motus sit perpetuus vel nõ.ideo p̄mo inquirit p̄hs de motu in ꝯmuni an sit p̄petu⁹.dicit tñ Auerrois ꝙ questio p̄sens a p̄ho nõ intelligit̄ de motu in ꝯmuni.sed de p̄mo motu. Sed oppositũ videt̄ ex verbis p̄hi in quibꝫ nõ loquitur de motu primo sed de motu in ꝯmuni. Itẽ mos Arestotelis est arguere ex p̄prijs ad suum p̄positum ꝛ cum in rõnibꝫ iam tactis nihil ponitur magis proprium primo motui qꝫ alijs.igitur ꝛc.

Secũdo.qꝛ postqꝫ Aresto.ꝯclusit in p̄ncipio huius libri motũ esse perpetuũ inquirit modũ quo perpetuat̄ vtrũ per hoc ꝙ est vnus ꝛ idem mot⁹ perpetuus.vel quia sunt infiniti motus sibi inuicem succedentes qđ non inquireret si iam ostendisset primũ motũ esse p̄petuũ.ideo questio Aresto. intelligitur de motu in ꝯmuni.et in hac questione non habet p̄hus inquirere an motus habeat esse vel non esse causam assignat.quia oĩes qui naturaliter locuti sunt affirmauerũt motum esse ꝛ generationem ꝛ corruptionem rerum ¶ Sciendũ secũdo.ꝙ tres fuerũt opiniones de duratione motus. Dimocritus eĩ dicit ꝙ in spacio infinito extra celum sunt infiniti mũdi.et dicit res quasdam p ꝯgregationem ꝛ disgregationem athomorum generari ꝛ corrũpi.ꝛ sic posuit motum semper esse Sed Anaxagoras ꝛ Empedocles dixerũt motum non semper esse differenter tamen.qꝛ primus posuit per infinitum tempus omnia preexistere in vno ꝯfuso chaos preter intellectum agentem.ꝛ ꝙ postmodum intellectus in aliqua parte temporis incepit ipsa segregare faciendo semper motũ.et qꝛ nunqꝫ cessabit intellectus segregare nunqꝫ cessabit motus.ideo posuit motũ esse infinitum a parte post. Sed Empedocles posuit mũduꝫ pluries fieri ꝛ pluries corrũpi.nam vniuersali adueniente amicicia posuit elementa congregari et mũdum corrumpi.sed adueniente vniuersali inimicicia posuit elementa segregari et mũdum generari.et sic ponebat mundum pluries incipere et desinere esse.et in temporibꝫ intermedijs posuit vniuersalem quietem.

¶ Sciendū tercio. ꝙ determinatio huius questionis. scʒ an motus sit ꝑpetuus vel nō vtilis est vt dt phus. nō solum ad cognitōem naturaliū rerum. sed ad scientiā de pmo pncipio rerum que tradit in metaphysica. nā si ponat ꝙ motus sit perpetuus oportebit vnū pmū pncipiū esse qd sit ꝑpetuū ⁊ immobile. vel si non ponatur motus perpetuus nihilominus necesse est ꝙ sit vnū primū pncipium immobile ⁊ ꝑpetuuʒ. qꝛ si res inceperūt oportet eas ab aliquo pmo pncipio incepisse. et determinādo hanc questionem phus probat hanc ꝯclusionē. ¶ Conclusio pma. Motus non incepit esse a parte ante. nec desinet a pte post. sed est perpetuus. ⁊ hoc ostendit per ratōes positas ante oppositum. Et hec ꝯclusio quo ad pmaʒ partem eius repugnat fidei nostre. cuʒ ponit motum semꝑ fuisse. nihil em̄ ꝭm fidem ponimus semꝑ fuisse nisi solum deum. qui est omnino imobilis sed quo ad secūdam partem que ponit motū nūꝗ̄ deficere. nō ē omnino ꝯtraria fidei nostre. qꝛ Arestoteles nō loqtur de motu celi. sed de motu in ꝯmuni. ⁊ ꝭm fidem tenemus mūdum nunꝗ̄ deficere a parte post. ⁊ ponimus motum semper esse in hominibꝫ qui erūt incorruptibiles. qꝛ habebūt vitam miseram vel beatam. Aliqui tamen dicunt Arestotelem non fuisse locutū ꝯtra fidem. qꝛ non voluit ꝓbare simpliciter ꝙ motus sit ꝑpetuus. sed quo ad illam positōem voluit ꝓbabiliter arguere. Sed istud nō appa ret. qꝛ ex ꝑpetuitate motus ⁊ temporis nititur ad ꝓbandū pmū pncipiuʒ esse in isto octauo ⁊ in vndecimo metaphysice presupponit illud mediū probatū tanꝗ̄ verum ¶ Sciendū quarto. ꝙ phs in ꝑsenti nō reprobat opinionem Dimocriti. qꝛ ille ponit motuʒ semꝑ esse. sed solum alias duas opiniones ponentes motū incepisse. Et dicit pmo ꝙ positio Anaxagore est magis irrōnabilis ꝗ̄ positio Empedoclis. Probat pmo. qꝛ cū natura sit pncipiū ordinatōis in rebꝫ nihil a natura debet poni inordinatum. sed infiniti tꝑis qd ꝑcessit motū ad infinituʒ tꝑs quo durabit motus a parte post nulla est rō quare nec aliquis ordo. qꝛ omnis ordinatio est rō qdam. Secūdo nō pt assignari rō quare magis nūc ꝗ̄ pus aut posterius intellectus incepit segregare res ab illo chaos ꝯstituendo mūdū ⁊ motum Cuʒ tēpus ꝑcedens inceptōem mūdi ⁊ tꝑs sequens sint eiusdeʒ rōnis. ergo positio Anaxagore est irratōnabilis. ⁊ similiter positio Empedo. est insufficiens. Probat. qꝛ phus ponēs aliqd principiū debet illud manifestare vel a pori ꝑ syllogismū. vel a posteriori ꝑ inductōem. sed Empedocles ponēs litem ⁊ amiciciā esse pncipia ꝯgregatōis ⁊ segregationis elementoꝝ. ⁊ per hoc diuersis tꝑibꝫ mūdū fieri ⁊ corrūpi nullo mō manifestauit. qꝛ ꝗ̄uis poneret ꝙ lis ⁊ amicicia sunt pncipia ꝯgregatōis ⁊ segregatōis. qꝛ videmꝰ homines ꝑ amiciciā ꝯgregari ⁊ segregari per litem. tn̄ non ostendit quare amicicia plus est pncipiū ꝯgregatōnis in vno tꝑe ꝗ̄ in alio. nec valet illud qd dicebat. qꝛ qd semper ita fuit ⁊ ita erit. ergo hoc est nccariū ⁊ eternum igit nō est querenda causa Contra hoc obijcit phus. qꝛ similiter res se habent ad esse ⁊ ad veritatē. sed alique sunt ꝑpetue veritatis. vt triangulū hr̄e tres angulos q̄ tn̄ hn̄t cām sue veritatis. ǵ nō seqt. si aliq̄ sint eterna ꝙ nō habeāt cām ⁊ ꝙ nō possit eoꝝ inqri cā. ⁊ hoc bn̄ est notādū. qꝛ licʒ Arestoteles posuerit mūdū ⁊ tꝑs ⁊ motū fuisse ab eterno. ⁊ sic nō habuisse pncipiū sue duratōis. tn̄ voluit ꝙ haberēt pncipiū sui esse. qꝛ ꝭm ipm nihil phi-

